



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.




Mus. Bibl.

II.

69.





8^o. 2. 53. Juv.

JOHANNIS DE FORDUN
SCOTICHRONICI
VOLUMEN SECUNDUM.



Hic incipiunt tituli Capitulorum Libri terti, quorum primum intitulum sic &c."

DE Fergusio filio Erth Pictis conjuncto, regnum, dolo tyranni Maximi, per Romanos & Britones quadraginta tribus annis detentum, recipiente.

CAPITULUM I.

De eodem, & expulsionem Romanorum & Britonum de suis regnis.

CAP. II.

De crudelitate cladis per Pictos & Scotos illatæ Britonibus, & Romana legione, ac ædificatione fossæ per Insulam, quæ dicitur Grymisdike.

CAP. III.

De victoria Romanæ legionis & Britonum contra Scotos & Pictos, bello quo cecidit rex Fergusius, cum magna parte suorum & Pictorum.

CAP. IV.

De successione regis Eugenii filii Fertharde, qui cum avo Gryme evertit Grymisdike, & de secunda legione Scotos iterum & Pictos fugante citra amnem Tynam.

CAP. V.

De reparacione muri, quem Severus Imperator olim construi jussit trans Insulam, inter Gatyshede & Carlyle, ac reditu legionis, & electione primi regis Francorum.

CAP. VI.

De Scotis murum destruentibus, & de clade quam Britonibus intulerunt.

CAP. VII.

De adventu Sancti Palladii in Scocia, primi Scotorum Episcopi & doctoris, quamvis ante fidem longe² susceperant.

CAP. VIII.

De Sanctis, eodem Palladio, Servano, Kentigerno, Ternano & Niniano.

Fol. 41. b.

CAP. IX.

De dejectione muri per Scotos & Pictos, & unde no-

1. Desunt in Ed. pr. 2. Susciperant MS.

Johannis de Fordun

- men accepit, & de subjectione Britonum ¹ Albanensium sub Scotorum ditione. CAP. X.
- De Britonibus adhuc mittentibus Epistolas ad Romanos, Litorium viz. & Aetium, pro succursu, nec optinuerunt. CAP. XI.
- De desperantibus Britonibus cum suo rege Vortigerno, qui Paganam gentem Saxonum in adjutorium contra Scotos & Pictos invitarunt. CAP. XII.
- De adventu primo Saxonum, & diversis stragibus hinc inde datis & receptis. CAP. XIII.
- De successione regis Dungardi fratris Eugenii, & ² confœderacione regis Vortimerii, filii Vortigerni, tunc regis Britonum, cum Scotis contra Saxones inita, & eorum agitatione de Britannia. CAP. XIV.
- De reditu Saxonum post mortem Vortimerii cum majori multitudine paganorum, & prodiciosa morte magnatum Britonum. CAP. XV.
- De successione Constancii, & divisione Britanniaë processu temporis inter Saxones, & octo regnis. CAP. XVI.
- De ² confœderacione regis Britonum Aurelii Ambrosii cum rege Constancio contra Saxones, & vate Merlino. CAP. XVII.
- De successione regis Congalli, & renovacione fœderis inter Scotos & Britones, & intestina dissencionem Britonum, per quam regnum amiserunt, & Saxones penitus prævaluerunt. CAP. XVIII.
- De primo rege Francorum baptizato, nomine Clodoveo, & eorum origine. CAP. XIX.
- De eodem, & tempore quo primum habuerunt regem, ac de regia successione usque hunc Clodoveum, & Sancto Giberiano Scoto. CAP. XX.

1. Albanencium MS. 2. Confideracione MS.

- De successione Gornani, & renovacione fœderis cum
Uther, & de Sancta Brigida. CAP. XXI.
- De Historico Gilda, & suis quibusdam metricis pro-
pheciis. CAP. XXII.
- De eisdem propheciis, & Sanctis Brandano & Ma-
chuto. CAP. XXIII.
- De morte Gornani regis, & de Arthuro rege Brito-
num. CAP. XXIV.
- De eodem Arthuro. CAP. XXV.
- De successione trium regum, Eugenii, Conualli, atque
Kynatel, five ¹ Connyd, & adventu Sancti Co-
lumbæ. CAP. XXVI.
- De Angelo librum vitreum deferenti Sancto Columbæ
² regis consecracionis, & successione regis Ay-
dani. CAP. XXVII.
- De subsidio per Aydanum Malgoni Britonum regi Fol. 42.a.
misso, & victoria paganorum, de parentibus Sancto-
rum Fursei, ³ Foylani, & Vulcani. CAP. XXVIII.
- De rege Aydano pro Cadwallonis regis Britonum sub-
sidio proficiscente contra Saxones, & belli victoria,
& propheta Sancti Columbæ de dicto bello, & de
Sanctis Kentigerno ⁴ & Conuallo. CAP. XXIX.
- De eodem Aydano per Northumbrorum regem Ethil-
fridum è bello fugato, & de Augustino fidem An-
glis prædicante. CAP. XXX.
- De propheta Sancti Columbæ de regis Aydani filiis,
& ejus morte, & de Sancto Droftano suisque pa-
rentibus. CAP. XXXI.
- De successione Eugenii filii Aydani, & de Sanctis
⁵ Gillenio & ⁶ Columbbano. CAP. XXXII.

1. *Annea*, Convydem. 2. Regni *pro* regis in *Ed. pr.* 3. *Annea*,
Feylam. 4. Ac Convallo *Ed. pr.* 5. *Annea*, Gillemo. 6. *Sic.*

Johannis de Fordun

- De fuga Cadwallonis regis Britonum venientis in Scotia pro subsidio, & adventu Sancti Oswaldi, fratrumque suorum ibidem baptizatorum, & sepultura dextræ manus, & gladii regis Eugenii in mora lapidea. CAP. XXXIII.
- De successione regum ¹ Ferchardi, sui que fratris Donaldi, quem Sanctus Columba benedixit adhuc puer, & reditu Sancti Oswaldi in patriam. CAP. XXXIV.
- De eodem Sancto Oswaldo, & electione Sancti Aydani ad Saxones convertendos. CAP. XXXV.
- De prædicatione ejusdem Sancti Aydani, & morte Sancti Oswaldi. CAP. XXXVI.
- De successione regis ² Ferchardi, & Sanctis Fynano, ³ Furseo & Fulano. CAP. XXXVII.
- De Sancto Colmanno & ejus prædicatione tribus annis, & suo reditu. CAP. XXXVIII.
- De numero regum Anglorum, quos Scoti baptizabant, & Episcopis à quibus baptizabantur. CAP. XXXIX.
- De successione Maldwyny, & Episcopo Tuda succedente post Colmannum. CAP. XL.
- De fuga ⁴ Cadwaladiæ novissimi regis Britonum ex Britannia, & causis quibus dejecit eos Deus de regno. CAP. XLI.
- De eisdem causis, & Britonum futuro reditu per ⁵ Angelum prophetato, & quibusdam prophecii Merlini de eodem. CAP. XLII.
- De successione regum Eugenii quarti & Eugenii quinti, & de Sanctis Cuthberto & Adamnano. CAP. XLIII.
- De successione regis Amrynky leth & ejus morte, & de Sancto Chiliano. CAP. XLIV.

1. *Amca*, Ferthardi. 2. *Amca*, Ferthardi. 3. Fairseo MS.
4. Cadwaladri MS. Harl. 5. *Amca*, Angliam.

De successione Reguli Eugenii sexti & Murdaci, & Fol. 42. b.
statu tunc temporis in Britannia. CAP. XLV.

De successione trium regum, Ethfyn, Eugenii five ¹ Ne-
ctanii, atque Fergusii, & de sua morte per regi-
nam. CAP. XLVI.

De successione ² Selwalchii, & de magno rege Ka-
rolo. CAP. XLVII.

De successione regis ³ Achay, primam cum Francis ⁴ con-
foederationem facientis, & ejus causa, & de egre-
gio milite Gilmerio Scoto. CAP. XLVIII.

De nunciis Scotorum Karolo missis pro eadem confœ-
deracione firmanda. CAP. XLIX.

De execranda prodicione Northumbrorum in suis re-
gibus, adeo quod eis nullus auderet imperare. CAP. L.

De principio studii Parisiensis, & à quibus incepit
primo. CAP. LI.

De imperio Karoli filii que sui Ludovici, & à Clodo-
veo successione regum Francorum ad ipsum Karo-
lum ascendendo. CAP. LII.

De successione regum Conualli & Dongalli ⁵ resusci-
tantis bellum diu sopitum in Pictos. CAP. LIII.

1. *Antea*, Nectavii. 2. *Antea*, Selwalthii. 3. *Antea*, Athay.
4. *Confideracionem MS.* 5. *Antea*, resuscitantes.

*De Fergusio filio Erth Pictis conjuncto, regnum dolo
tiranni Maximi quadraginta tribus annis —*

CAPITULUM I.

HUJUSMODI quidem & aliis ubique Romanis contingentibus incommodis, & super hæc Britannia civili discordia laborante, Picti, quorum eis nuper Maximus municiones eripiens suis servandas militibus tradiderat, à servitutis vinculo cupientes resolvi, ¹ pristinæ vicissitudinis, & pacis foedus cum Scotis occulte componunt, ut libertates avorum & regna, conjunctis viribus hortantur suppliciter, cum opportunum instaret jam tempus, reciperent. Illi vero suis annuere parati suggestionibus, sed dolosæ gentis prodicionem primitus expertam omni cura cavendam ² decernunt, quod nec bella saltem publica seu deprædaciones cum paucis suo nuncquam ineant consorcio, nec ³ primam in bellis aciem inter amicum viz. suspectum & hostem publicum assumere de cetero non præsumant. Nam sæpius incauti, post foedus noviter initum, dolosis ab hostibus prosternuntur. Igitur anno Domini cccciii. Imperatorum Archadii & Honorii vi. regni quoque Scotorum in Albion Insula

Fol. 43. a.

1. Prestinæ MS. 2. Discernunt MS. 3. *Amea*, præviam.
DCCXXXIII.

DCCCXXXIII. ab eorum origine, primo viz. eorum ex Ægypto progressu, MDCCCIII. ac ab origine mundi ¹ MMMMMMDLXXXIX. Fergusius filius Erth, filii Echadii, qui fuit frater Eugenii regis, bello prostrati per tirannum Maximum, juvenis strenuus, ceteris virtute præcellens, fortis viribus & audax, in bello quoque pronus & efficax, cum duobus fratribus Loaru & Cenego suisque popularibus Infulanis Hibernensibus ac Noricis, intrepide Scociam regnum, de jure sibi debitum, adveniens, hostes in ea diu degentes abinde longius effugavit. Igitur,

Agmine condensò ventis velamina pandit : *Versus.*
Et ² ratis æquoreos atque galea petunt
Fluctus : in hiis acies juvenum phalerata superbo
Principe congregitur. ³ Nec mora, turma potens
Ad natale solum properat ; relevare ⁴ jacentes
Rex ⁵ fasces regni cespite sospes adit
Intrepidus ⁶ patrio, pandens vexilla leonis,
Terruit occursum quem fera nulla ferax.
Ocius advenit, fuerat quæ turbine diro
Subdita plebs, annis X. quater & tribus ; hæc
Congaudens patrio regi servire parata,
Ad libertatem quicquid ut orbe volat.

I. Antea, MMMMMMDXXV. Nos autem Codicis Galeani auctoritatem
secuti sumus, in quo, VI. D. IIII. IX. At in MS. Harl. V. XXIII.
santummodo. Reponendum sane, MMMMDCII. s. calculus recte se habet
in cap. VII. l. I. & in cap. XXI. l. II. 2. Rates MS. 3. Hinc mora MS. Hanc Mora MS. Harl. 4. Jacentis MS. 5. Falces MS. 6. Patria MSS.

Regi præterea Fergusio cum exercitu per patrias, quas paulatim cum indigenis ad pacem recepit, procedenti, Pictorum gentes cum suis occurrunt cuneis; & ne quidem eis ullus vel odii vel perfidiæ scrupulus putaretur inesse, castra quæque, cunctasque municiones quotquot Scotorum, permittente Maximo, tenuerunt eatenus, apertis sibi spontaliter januis reddiderunt.

De eodem, & expulsionem Romanorum & Britonum de suis regnis.

CAPITULUM II.

CONDUXERUNT utique de Dacia Vespiliones ac etiam ¹ Hunos, qui mare turbarent Britannicum, plurima sibi promittentes spolia, suisque regnorum portibus firmum contra Romanos de cetero receptaculum. In unum namque præfatæ gentes conglobatæ, foederibus tactu sacramentorum iteratis: ² quoniam & una fuerat & amborum necessitas, per regna gradientes alienos è prædiis eiciunt, & quia ³ prudentis nullatenus est differre paratis, inducias nulli concedere volebant; ymmo cujusque conditionis quemquam, si non vel è regnis festinum arriperet exitum, vel eatenus si castra tenentes petita sponte non redderent, post obsidionis impetum statim ereptos jugulabant. In-

Fol. 43.b.

1. *Ansea*, Hunnos. 2. *Ansea*, quia. 3. *Pendentis MS.*

fra quoque spacium abinde trium annorum idem Fergusius, univasas regni regiones ¹ eis, citraque vadum Scoticum, à patribus ab antiquo possessas, de mora lapidea viz. & Inchegal ad Insulas Orcades, sub sua composuit ditione. A primo quidem hujus regni rege Fergusio, filio ² Ferchare, ad hunc regem Fergusium, filium Erth, inclusive, quadraginta quinque reges ejusdem gentis & generis in hac Insula regnaverunt. Sed & horum singillatim distinguere ³ tempora principatum ad præsens omittimus, nam ad plenum scripta non reperimus. Ab hoc ergo rege jam ulterius omnium regum, eciam tempus usque modernum successive secundum cronicas, regnacionis annos inferere convenit, ut quis, quo, quantove tempore regnaverat, clarius posteris propaletur. Idem namque rex XVI. regnavit annis in Scocia, quorum tribus ultimis ultra ⁴ Dernalban, hoc est, ultra dorsum Albanæ, primus regum Scotici generis in terra Pictorum à montibus ad mare Scoticum regnavit: sed si vel gladio vel alio quo jure michi non patuit, ubi nullus antea primatum tenuit prædecessorum. Conjuncti quidem, ut superius, Scoti cum Pictis, postquam à propriis sedibus Romanos expulissent & Britones, eorum regnum Britanniam, quæ tunc temporis omnium

1. Cis *MS. Harl. recte.* 2. *Antea,* Ferthare. Ferecharde *MS. Harl.*
3. Tempore *MS.* 4. Dounalban *MS. Harl.* Dernalban *Ed. pr.*

belligerorum ope ¹ viduata fuerat, crebris agminibus, ut diversorum notatur in cronicis, sæpius invadunt, vulgi miserabilis partem gladio cædentes, partemque vitæ relictam sub servitute deducentes.

De crudelitate cladis per Scotos & Pictos illatæ Britonibus, & Romana legione, ac ædificatione —

CAPITULUM III.

ABDUXERAT enim secum Maximus omnes bellicosos Insulæ juvenes quos reperit, & inermes tantum colonos reliquit, qui, cum suæ feritati resistere vel bello configere non noverant, ab eorum occurſu velud ab igne relictis prædiis aufugerunt. Tanta nimirum tyrannide tunc temporis eos vexabat, suaque crudeli disperſit verſucia, quod hæctenus & hodiernum usque diem statum nequaquam attingere pristinum, seu quomodolibet ² prosperari valebant. *Beda.* BEDA vero de crudelitate cladis hiis diebus, & ædificatione muri secundi transversus Insulam, ita scripsit. Exinde Britannia, omni armato milite, totaque floridæ juventutis alacritate spoliata, quæ, tyrannorum abducta temeritate, nusquam ultra domi rediit, ³ prædæ tantum patuit, utpote omnis usus bellici prorsus ignara. Denique subito duabus gentibus

1. Vindicata pro viduata in *Ed. pr.* 2. *Antea*, prosperare.

3. *Antea*, præda.

transmarinis vehementer sævis, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone, multos stupet gemitque per annos. Transmarinas autem dicimus has gentes, non quod extra Britanniam essent positæ, sed quia à parte Britonum erant remotæ, duobus finibus maris interjacentibus, quorum unus ab Orientali mari, alter ab Occidentali, Britanniaë terras longe lateque irrumpit. Orientalis habet in medio sui urbem Guidy; Occidentalis supra se, hoc est, ad dextram sui, habet urbem Alcluit, quod eorum lingua sonat petram Cluit, est enim juxta fluvium nominis illius. Ob harum autem infestationem gencium, Britones, legatos Romam cum Epistolis mittentes, lacrimosis precibus auxilia flagitant, subjectionem continuam, dummodo hostis imminens longius arceretur, promittebant. Quibus mox legio destinatur armata, quæ ubi Insulam advecta cum hostibus aggressa est, & magnam eorum multitudinem sternens, ceteros sociorum è finibus expulit, eosque interim, à dirissima depreffione liberatos, hortata est instruere murum inter duo maria trans Insulam, qui arcendis hostibus¹ posset esse præsidio, sicque domum cum magno triumpho reversa est. At illi trans Insulam murum, quem jussi fuerant, non tam lapidibus quam cespitibus construentes, utpote nullum tanti operis artificem habentes, ad nichil utilem statuunt.

1. *Antea*, possit.

Fecerunt autem eum inter duo freta vel finus, de quibus diximus, maris, ubi aquarum munitio deerat, ¹ ubi præsidio Valli fines suos ab hostium irrupcione defenderent. Cujus ibidem operis Valli usque hodie certissima vestigia cernere licet. Incipit autem spacio duorum ferme milium à monasterio Abircornyng, i. e. ² Abircorn̄, ad Orientem, & tendens contra Occidentem, juxta urbem Alcluit terminatur. Post Archadii mortem imperavit Honorius cum octenni puero, fratruale suo Theodosio, XIV. annis, cum ante cum Archadio fratre tresdecem annis ³ regnaverit, & cœpit anno Domini CCCCXI.

De victoria Romanæ legionis & Britonum contra Scotos, & morte Fergusii.

CAPITULUM IV.

*Paulus
Diaconus.*

EQUIDEM & inde refert PAULUS DIACONUS, quæ sequuntur. Hac tempestate Britanni, Scotorum & Pictorum infestationem non ferentes, Romam mittunt, ac, sui subjectione promissa, contra hostes auxilia flagitant; quibus statim ab Honorio missa militum ⁴ legione, magnam eorum multitudinem stravit, ceterosque Britanniaë finibus expulit. Illis igi-

Fol. 44.b.

1. *Malim, cum MS. Harl.* ibi præsidio Valli fines suos ut ab hostium. 2. *Antea,* Abircornum. 3. Regnaverat *MS. Harl.* 4. Legio *MS. Harl.*

tur ex Britannia fugatis, Britones, Romanorum auxilio superiorem in bello manum habentes, ut eis iussum est, supradictum murum ab Oceano construunt ad Oceanum, & tantis per intervalla firmatum turribus, quod ab unaquaque tubæ clangor ad aliam pertingere possit, maximo sumptu perfecerunt. Incipit autem ab Oriente super Australe litus Scotici maris juxta villam ¹ Karedyn: deinde passuum spacio viginti duorum milium ² protendens per transversum Insulæ porrigitur, & civitatem habens ab Austro Glasguensem, in ripa fluminis de Clyde, juxta Kirkpatrik terminatur. Hujus autem atrocissimi præmemorati conflictus post ruinam, quo, triumphantibus Romanis, ³ à Britonibus rex inclitus Scotorum Fergusius cum magna suorum Pictorumque multitudine corruit, qui de Scotis supererant, Romanis nequaquam, aut Britonibus volentes subici, paucis vulgaribus exceptis vacuam linquentes patriam aufugerunt. Non enim ultra fretum Australe moram diucius audebant trahere, quamvis ejusdem temporis nonnulli vates, gentis utriusque tanta belli non obstante clade, futurum esse cænebant Scotos proculdubio totam Insulam possidentes. Filios autem tres reliquit impuberes,

1. Kaer-eden, i. Eden-borough, in margine MSti. à manu recentis.
2. Procedens antea: quo modo plane primum scribebatur. Sed in protendens, nescio an ab ead. manu, mutatur. Et quidem protendens quoque in MS. Harl. 3. Malim, & pro à, cum MS. Harl.

Eugenium, Dongardum & Constancium, quos ex filia Britonis Gryme genuit, de stirpe ducis Fulgencii descendentes. Ipsum quoque Gryme Imperator Maximus, quia Conani fautor infidens atque Scotorum extiterat, callide pulsit à dominio, Eugenius vero post mortem patris regni sustollitur ¹ arce. Juvenis quidem & paucos habens annos, idioque rectorem sibi suisque fratribus & regni custodem, avum suum Gryme primates deputant, cum & ipse militia præstans de suorum etiam præcorum regum genere duxerat originem. Quia vero sicut & pacis ita bellorum temporibus aptum regimini non ignorantes in ducem eligunt, quousque nepotes ad annos ² attigerint puberes, ac habiles extiterint ad regendum.

De successione regis Eugenii, qui cum avo Gryme evertit Grymisdyk, &c.

CAPITULUM V.

IN regni denique sublimatus folio rex Eugenius, cum avo consule Gryme regnare cœpit anno Domini ccccix. & Imperatoris Fol. 45. a. Honorii ix. regnavitque ³ xxxiii. annis. Interim Romana legione post ædificationem muri reversa, primo quæ pacis sunt regni caute disponens, ad bella deinde se convertit. Terras quidem ad Boream Humbri, quarum sibi quædam

1. *Antea*, arte. 2. Attigerent MS. 3. xxxiiii. MS. Harl.

successione parentum, ¹ & dudum Fulgencio
² viz. aliisque Scotorum Pictorumque nobilibus,
 ante bellum jure competerent, moleste ferens
 injuste per Romanos & Britones fore detentas,
 collectis undique adiutoribus in magna poten-
 cia dictum adiens murum, præordinatis machi-
 nis, custodibus vel fuga lapsis vel occisis, fun-
 ditus evertit. Evidens enim illius fossæ vel
 muri signum veraque patent hæcenus vestigia,
 quique de suo nomine nomen hodiernum ac-
 cepit, & Grymisdik ab incolis est vocatus. E-
 verso denique muro terras olim ab eis possessas
 una cum ³ indigenis sub ditione pristina susce-
 perunt. BEDA. Verum priores inimici, ut Ro-
 manum militem ⁴ abesse conspexerant, advecti
 mox navigio irrumpunt terminos, omnia cæ-
 dunt, & quasi maturam segetem obvia quæque
 metunt, calcant, & pertranseunt. Unde rursus
 mittunt Romam legatos flebili voce auxilium
 implorantes, ne penitus misera patria delere-
 tur, ne nomen Romanæ Provinciæ, quod apud
 eos tam diu claruerat, ⁵ exterarum gentium
 improbitate obrutum vilesceret. Rursus mit-
 titur legio, quæ ⁶ inopinata tempore autumni
 adveniens magnas hostium strages dedit, eos-
 que qui evadere poterant omnes trans maria
 fugavit, qui prius anniversarias prædas trans

Beda.

1. Antea omitebatur &. 2. Tò viz. abesse malim cum MS. Harl.
 3. Indiginis sub d. prestina susciperunt MS. 4. Antea, abesse.
 5. Ex terrarum Ed. pr. 6. Antea, inopinate. Et sic quidem MS. Harl.

maria milite nullo obsistente ¹ cogere solebant. Ab Honorio quidem & hæc eciam mittebatur legio, qua dictæ gentes, diversis incursionibus exterritæ, publicum inire certamen non audebant, sed quo securius latere poterant, donec ipsa rediret legio, tutamina petentes, sed neque procul à fluviorum ripis Esk & Tyne Aquilonalibus retrocedunt.

De reparacione muri, quem Severus olim construxerat.

CAPITULUM VI.

Beda.

BEDA. Tunc Romani denunciavere Britonibus, ² ne se ultra ad eorum defensionem tam laboriosis expeditionibus posse fatigari. Ipsos potius monent arma corripere, & certandi cum hostibus studium inire, ³ quo non aliam ob causam, quam si ipsi inertia solverentur, eis possent esse forciores; qui eciam, quia hoc fociis, quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi ⁴ allaturum putabant, murum à mari ad mare recto tramite, inter urbes quæ ibidem ob metum hostium factæ fuerant, ubi & Severus quondam vallum fecerat, firmo de lapide locaverunt. Quem videlicet murum, hæcenus famosum atque conspicuum, sumptu publico privatoque, adjuncta secum Britannorum

1. Abigere *MS. Harl.* 2. Sic *MSS.* non, cum *Ed. pr.* non. 3. Potius, qui, cum *MS. Harl.* 4. Allaturi putabunt *MSS.*

manu,

manu, construebant, octo pedes latum & duodecem altum, recta ab Oriente in Occasum, liniasque & turres per intervalla collocant, ut usque hodie intuentibus clarum est. Quo mox condito, dant forcia legni populo monita, præbent instituendorum exemplaria ¹ Romanorum, & valedicunt fociis tamquam ultra non reverfuri. Anno quidem Honorii nono, secundum SIGEBERTUM, Samnone & Marcomiro, Fran- *Sigebertus.* corum ducibus, defunctis, Franci in communi deliberant, ut & ipsi, sicut & aliæ gentes, regem habeant, & filium Marcomiri ducis ² Pharamundum sibi regem ordinant, qui regnavit annis undecem. Honorius autem Augustus tranfactis annis XIII. quibus imperaverat cum Archadio fratre suo, & aliis iterum quatuordecim annis cum suo nepote Theodosio, rebus excessit humanis.

De Scotis murum destruentibus, & de clade quam Britonibus intulerunt.

CAPITULUM VII.

PAULUS DIACONUS. Sed mox ut Romani discesserunt, advecti navibus iterum *Paulus Diaconus.* hostes, obvia sibi quæque conculcant ac devorant. BEDA. Romanis interim ad sua remeantibus, cognita Scoti Pictique redditus denegatione, *Beda.* confestim & ipsi solito confidenciores

1. *Malim, armorum, cum MS. Harl.* 2. *Primum addit MS. Harl. facti,*

facti, ¹ omnem Aquilonalem & extremam Infulæ partem pro indigenis ad murum usque ² capefcunt. Statuitur ad hoc ³ in edito arcis acies feignis, ubi trementi corde ftupida die noctuque marcebat. At contra non ceffant uncinata hoftium tela, quibus ignavi propugnatores miferime de muris tracti allidebantur. Quid plura? relictis civitatibus ac ⁴ muro, fugiunt, difperguntur, infequitur hoftis, accelerantur ftrages cunctis prioribus crudeliores. Sicut enim agni à feris, ita miferi cives diffipantur ⁵ ab hoftibus. Unde à fuis mansionibus & poffeffionibus ejecti, imminens fibi famis periculum latrocinio ac rapacitate mutua temperabant, ⁶ agentes exterarum clades domesticis motibus, donec omnis regio tocium cibi ⁷ fuffentaculo, excepto venandi folacio, vacuaretur. Interea famis illa præfata magis ac magis Britones afficiens, ac famam fuæ maliciæ pofteris diuturnam relinquens, multos eorum coëgit victos infeftis prædonibus dare manus. Inicium vero trahit ille memoratus murus ad Orientem in Australi ripa fluminis Tyne ad Capricapud, quod Anglorum lingua fonat Gaitifhede, ubi dudum Severus murum ⁸ & vallum fieri juffit ex oppofito ⁹ Novi Caftri, & fuper fluvium Esk,

Fol. 46. a.

1. *Antea*, omnes. 2. Sic MSS. pro capeffunt. 3. Non medicæ artis acies, ut in *Ed. pr.* 4. Muro deffrufto, fugiunt, *MS. Harl.* 5. Ab hoftibus, nude à fuis *Ed. pr.* 6. *Potius*, augentes exterarum, cum *Codd. Bedæ excufis.* 7. *Antea*, fuffentacione. 8. *Antea*, per vallum. 9. Ad Novum Caftum *MS. Harl.*

¹ fed alias dicitur ² *Scotiswath*, per sexaginta passuum milia porrectus, finem habet juxta Carlyl, ad Occidentem. Post decessum Honorii, Theodosius idem Junior, ejus ex Archadio fratre nepos, ad imperium anno Domini ccccxxv. succedens, solus imperavit annis tribus, & anno tercio Valentinianum, Constancii & amitæ suæ Placidiaë filium, Imperatorem fecum regnare ³ creavit, qui vero pariter annis xxiv. regnaverunt.

*De adventu Sancti Palladii in ⁴ Scotia, primi
Scotorum Episcopi & doctoris.*

CAPITULUM VIII.

ANNO quoque Theodosii secundo, primus Coelestinus, Ecclesiæ Romanæ Papa quadragesimus primus, natione Romanus, à patre Prisco nomine genitus, sedit annis octo, mense uno, diebus autem octo. Hic constituit, ut Psalmus, *Judica me Deus*, &c. ante introitum missæ diceretur. Et Psalmi David centum quinquaginta, ante sacrificium antiphonatim canerentur ex omnibus. Quod ante non fiebat: nisi tantum Epistola Pauli & sanctum ⁵ Evangelium recitabantur. Ex hoc instituto de Psalmis ⁶ excepti sunt, introitus missæ, gradalia,

1. Quod & pro fed in MS. Harl. 2. *Scottiswath* MS. Harl. Scotis Wath Ed. pr. 3. Curavit MS. Harl. 4. Scociam MS. Harl. 5. Evangelium recitabatur MS. 6. Excerpti scil. introitus antea. Excerpti etiam in MS. Harl. alleluja,

*alleluja,*¹ & offertoria ante sacrificium, orationes inter communicandum cum modulacione ad missam in Ecclesia Romana² cantari coeperunt. SIGIBERTUS. Anno Domini ccccxxix. vel, secundum alios,³ xxx. ad Scotos in Christum credentes Sanctus Palladius ordinatus à Papa Coelestino primus Episcopus mittitur, & hoc idem testatur BEDA.⁴ SOCRATES autem eisdem præmissis verbis ait: Erat enim Sanctus Palladius discipulus Evagrii, qui duorum fuit Machariorum discipulus, de quibus & ceteris Ægypti Sanctis patribus liber ejus affluenter loquitur. Ait enim, oportet nos & ad discere quæ nescimus, & fideliter docere quæ novimus &c. POLICRONICON. Anno Domini ccccxxx. Papa Coelestinus primum Episcopum in⁵ Scotia misit Sanctum Palladium, de quo Scotis convenit, quod suam, id est, Scotorum, gentem, longe quamvis in Christum ante credentem, fidem orthodoxam verbo sollicitè perdocuit, & exemplo festa simul & memorias Ecclesiasticas diligenter celebrare. Ante cujus adventum habebant Scoti fidei doctores, ac sacramentorum ministratores, presbiteros solummodo vel monachos, ritum sequentes Ecclesiæ primitivæ. Advenit vero Scociam magna cleri comitiva, regis Eugenii regnacionis anno

Policronicon.

Fol. 46.b.

1. *Deest & in MS. Harl.* 2. *Cantare MS.* 3. *Antea, ccccxxx.*
 4. *Eraclides pro Socrates in MS. Harl.* 5. *Scociam MS. Harl.*

xi. cui rex mansionis locum ubi pecierat gratis dedit.

De Sanctis, eodem Palladio, Servano, Kentigerno, Ternano & Niniano.

CAPITULUM IX.

PRÆDICACIONIS autem & sacramentorum ministracionis consortem sanctissimum virum Servanum habuit, quem ordinatum Episcopum, quia tantæ genti ministeria solus impendere pastoralia non suffecerat, ad orthodoxam populo fidem docendam, ac opus solite perficiendum ² Evangelii, dignum per omnia suum effecit coadjutorem. EX HISTORIA ^{Sanctus Servanus.} **BEATI KENTIGERNI.** Iste vero Servanus in primitiva pene Scotorum Ecclesia discipulus venerandi Pontificis Palladii fuit. Hunc Palladium ³ anno post Incarnacionem Dominicam, ut supra, sanctus Papa Coelestinus, longe credentibus ante Scotis primum misit Episcopum. Ille vero Scociam adveniens Sanctum ibidem invenit Servanum, & eum, ut in vinea Domini Sabaoth operaretur invitans, doctrina postmodum Ecclesiastica sufficienter imbutum, in omni Scotorum gente suum constituit suffraganeum. Hæc ibi. Erat itaque discipulus beato Palladio Sanctus ⁴ Terrananus Pontifex, cui & baptif- De Sancto Terranano.

1. *Antea, sufficiebat. At in MSS. sufficerat.* 2. *Ewangelii MS.*
3. *Deest anno in MS. Harl.* 4. *Sic MSS. Ternanus Ed. pr.*

*Sanctus
Kentiger-
nus.**Sigibertus.**Sanctus
Patricius.**Sanctus
Ninianus.*

Fol. 47. a.

mate pater & universis literarum & fidei rudimentis almificus doctor & ¹ alumpnus. Discipulus eciam Sancti Servani Kentigernus, à quo sacri baptismatis est fonte lotus, & in omni Christianæ religionis dogmate five sciencia perfecte doctus, qui tantæ perfectionis & graciæ de super datæ postmodum eciam & adolescens habitus est, ut magna per eum Deus atque stupenda dignatus est operari miracula. SIGIBERTUS. Anno ² quoque postquam Palladius advenit Scociam, missus est ad Scotos Hibernienses ab eodem Papa Coelestino Sanctus Patricius, genere Brito, filius Couches, fororis Sancti Martini Turonensis Episcopi, qui dictus est in baptismo Suchat, à Sancto Germano Magomus, ³ à Sancto Coelestino Patricius, à quo & Episcopus ordinatus, per ⁴ sexaginta annos, doctrina, signis, & sanctitate excellens, totam Hiberniam Insulam ad Christum convertit. Imperatoris istius Theodosii Junioris temporibus, Sanctum obisse ferunt Ninianum Pontificem. Ipsum namque, secundum historiarum scripta, sub imperio sui patris Archadii & Honorii patruī scimus veraciter floruisse: nam eorum anno quinto beatus Martinus Turonensis Episcopus obiit, cujus adhuc in carne viventis alloquio Sanctus meruit Ninianus saluberimo consolari. Australium quoque regni parciū ultra fretum Scoticum præ-

1. Agnitus est *addit MS. Harl.* 2. Quidem quinto *pro quoque in MS. Harl.* 3. Et à *MS. Harl.* 4. XL. *MS. Harl.*

dicavit

dicavit gentibus, quæ nondum cum Aquilonalibus Scotis Christi legem suscipere meruerunt. Erat autem mirandæ virtutis vir & sanctitatis coram Deo & hominibus, ac innumerorum vivens ¹ miraculorum eciam post transitum & hætenus, operator mirificus; unde Gregorius. Quid mirum, si electi quique in carne positi multa facere mirabilia possunt, quorum ipsa ossa mortua plerumque in miraculis vivunt?

De dejectione muri per Scotos & Pictos, & unde nomen accepit, & de subjectione Britonum Albanensium.

CAPITULUM X.

DURANTE vero famis memoratæ superius egestate Scotorum principes & Pictorum, assumptis Hibernicis, ad ejusdem muri fines utrosque, trans flumina Tyne & Esk, diverso navigii genere remigantes, undique per circuitum regiones invadunt, destruunt, & consumunt. Ubi modico post tempore quibusdam indigenarum ad pacem acceptis, ² aliis autem fugatis, aliis interemptis, totam à mari usque ad mare regionem sub protectione pacis suscipientes, hætenus abinde nequaquam abigi potuerunt. GALFRIDUS. O divinam ob præ-*Galfridus.* terita scelera vindictam! ô tot per vesaniam Maximi tyranni bellicosorum militum absen-

1. Miraculis MS. 2. Antea, his.

Johannis de Fordun

ciam, qui si in hujusmodi strage calamitatis adessent, non supervenisset populus quem non in fugam propellerent. Interea vero non cessant, ut superius per Bedam, uncinata hostium tela, quibus miserum vulgus de muris trahebatur, & solo crudeliter allidebatur. Quid plura? Relictis enim civitatibus, & muro celso, civibus iterum fugæ, iterum dispersiones multum solito desperabiliore, iterum insectaciones ab hostibus, iterum crudeliores strages accelerant. Op-
 tinentes autem quæ cis citraque murum sunt regiones, inhabitare cœperunt victores, ac citato repente rurali vulgo, cum suis sarpis quilibet, & ligonibus, rastris, tridentibus, & ¹ fossariis patulas in eo rimas foraminaque crebra ² perfodiunt, quibus ³ ubique promptum habeant aditum eciam & recessum. Ab illis ergo foraminibus hæc deinde materia nomen hodiernum assumpsit, quod Anglica lingua sonat *Thirlit wall*, Latine vero *murus* dicitur *perforatus*. Anno quoque regni regis Eugenii duodecimo, Diabolus in Insula Cretha specie ⁴ Moy-
 sis Judæis apparuit; ad terram repromissionis per mare pede sicco perducere promittit, ficque plurimis necatis ac submersis, reliqui ad Christum convertuntur.

1. Fossariis *MS. Harl.* 2. *Amea*, perfoderunt. 3. Utiq̄e *MS. Harl.* 4. Moyfi *MS.*

De Britonibus adhuc mittentibus Epistolas ad Romanos pro succursu.

CAPITULUM XI.

DUM autem & hiis ac hujusmodi stragibus Britonum hinc inde populi grassabantur, regis Eugenii bellorum princeps & consul præcipuus Gryme, postquam ¹ custodis officio decem & novem annis fungeretur, quibus & regnum nobiliter rexit, & nobiliter ad statum reduxit pristinum, morte propria senex obiit. Deinde post ejus mortem rex solus XIV. annis regnavit. Eciam & ipse Pictis adjunctus crudele bellum contra ² Romanizatos Britones suscitare non distulit; sed & eos communi potentia totis viribus invasit: quibus vero confestim obsistere non valentibus, ad Romanos Patricios mittitur, qui sub Imperatoribus Theodosio & Valentiniano reipublicæ vices gerebant, Aecium viz. & Litorium, qui secunda potestate post Aecium ceteris præerat, ut eis ipsi sicut & aliis Romanorum subditis adversus Scotos & Pictos hostes ferocissimos opem inferre non recusent. BEDA. Ad Aecium pauperculæ Britonum reliquæ mittunt Epistolam, cujus hoc principium est: Aecio Consuli gemitus Britanorum. Et in processu Epistolæ suas ita explicant calamitates. Repellunt ad mare barbari,

Beda.

1. Custodi MS. 2. Romanizatores MS. *Harl.*

mare repellit ad barbaros; inter hæc duo genera ¹ funerum oriuntur, aut enim jugulamur aut mergimur. Neque tamen hæc agentes quicquam auxilii ab illo impetrare quiverunt, utpote qui gravissimis eo tempore bellis cum ² Bledla & Attila regibus ³ Hunorum erat occupatus. Siquidem ab eis nichil habentes adjutorii tristes ad sua rediunt, atque concivibus suam denunciant repulsam. *PAULUS.* Itaque Britanni cum rursus Scotorum Pictorumque concurfionibus premerentur, mittunt Aecio Epistolam lacrimis & ærumpnis refertam, ejusque quantocius auxilium efflagitant. Quibus dum Aecius nequaquam annuisset, eo quod contra viciniore occupatus hostes existeret, quidam Britannorum strenue resistentes hostes abigunt, quidam vero coacti hostibus subiciuntur. Denique Scoti Pictique subactam extremam hujus Insulæ partem, eam sibi habitationem facientes hæctenus exinde nullatenus expelli valuerunt. Interea Theodosius Imperator, dum absque viginti uno superioribus annis, quos cum Honorio patruo regnaverat, septem & ⁴ novem annis regnavit, ex quibus cum Valentiniano genero suo viginti quinque gessisset, apud Mediolanum morbo consumptus obiit, & ibidem sepultus est. Hoc tempore Sanctus Johannes Baptista caput suum duobus monachis Orientalibus venienti-

Fol. 48. a.

1. Finiorum *MS.* 2. Bledla *MS. Harl.* 3. *Sic.* 4. *Patius,* viginti.
bus

bus Jerofolimam, juxta quondam Herodis regis habitaculum, revelavit.

De desperatis Britonibus cum suo rege Vortigerno, qui paganam gentem Saxonum &c.

CAPITULUM XII.

EX CRONICIS. At vero residui Britanno-^{Ex Cronicis.}rum, dum Scotorum continue formidarent impetum, ultra jam de Romanorum præsidio diffidentes, sui regis consilio gentem Saxonum anno Domini ccccxlvi. vel potius ¹ xlix. regis Eugenii tricesimo tercio, cum duobus du-
cibus Horfa & Hengist, in suæ defensionis auxilium invitarunt. SIGIBERTUS. Postquam ^{Sigibertus.} Maximus Insulam Britanniaë præsidio militum evacuaverat, irruerunt in eam Scoti & Picti, ceteræque nationes cum eis, & populum imbellem terramque totam cædibus & prædis vastare cœperunt. Accessit & aliud huic malo, quod rex Vortigernus, ad sui tutamen, & hostium impugnationem, gentem invitavit Saxonum paganorum. Ex CRONICIS. Anno ut supra, ^{Ex Cronicis.} cum ² Vortigerni Britonum regis iniquitas & animi ³ lenitas omnibus per circuitum nationibus divulgata fuisset, insurrexerunt in eum à Circio ⁴ Scoti; Picti siquidem ab Aquilone, qui regnum Britanniaë acerrimis infestationibus &

1. *Antea*, ccccxlvi. 2. Vortagerni MS. 3. *Antea*, levitas.
4. Scoti, ab Aquilone Picti, qui MS. *Harl.*

laboribus impugnabant. Nam ferro & flammis, prædis & rapinis, omnia confumentes, gentem peccatricem, quæ regio fastui & luxuriæ ¹ favebant, contriverunt; & sic plebs simul cum rege contaminata communi procellitur ² ulcione. Et quos de miserando populo hostilis irrupcio non attigit, fames prævalida penitus consumpsit. Et sic, quasi inter duas molas plebs contrita volveretur, ingruente peste, gladius grassabatur, adeo quod nec vivi sufficerent suos mortuos sepelire. Rex itaque cum populo ³ desolato, & bellicis incursionibus fatigato, contra hostium irrupciones ignarus quid ageret, in desolacionem inclinavit. *Beda.* Inito namque consilio quid agendum, ubi quærendum esset præsidium, ad evitandas vel ⁴ repellendas tam feras tamque creberrimas Aquilonalium gencium irrupciones; placuit tandem omnibus cum suo rege Vortigerno, ut Saxonum gentem de transmarinis partibus in auxilium vocarent. Quod *Fol. 48.b.* vino nutu constat esse dispositum, ut ⁵ venirent contra improbos mala, sicut evidencius rerum exitus comprobavit. Nam anno superius notato, gens Anglorum five Saxonum, tribus advecta primo longis navibus, à Vortigerno rege Britonum invitata, locum manendi in Cancia, quasi pugnatura pro patria suscepit. Advenerunt igitur de tribus populis Germaniæ forcio-

1. Favebat, conteruerunt *Ed. pr.* 2. *Amea*, ulcioni. 3. Dissoluto *MS. Harl.* 4. Repellendas *MS.* 5. Invenirent *MS. Harl.*
ribus,

ribus, i. de Saxonibus, Angulis & Jutis : porro de Anglis, hoc est, de gentibus exortis ex illa patria, quæ Angulus dicitur, ceteræ gentes Anglorum omnes denominantur.

De adventu primo Saxonum, & diversis stragibus hinc inde datis &c.

CAPITULUM XIII.

ABRITONUM deinde præsidio Romanis deficientibus, ex deliberato communi consilio Saxones invitantur. Qui, statim postquam advenerant, nova bella contra Scotos juncti Britonibus reparare captantes, procedunt ad Albaniam, ac eam hostiliter impetentes prædas plurimas abstulerunt. Econtra quidem & Scoti cum Pictis & Britonum parte sibi subiecta, nam Albaniam hiis diebus passim manentes colebant, suos collegerunt cuneos, regiones more solito trans Humbriam deprædantes. GAL-*Galfridus.* FRIDUS. Saxones illico barbari confirmato foedere cum Vortigerno sua remanserunt curia, sed & ex Albania Scoti, Pictique grandem valde fecerunt exercitum, & Insulæ cœperunt Aquilonares partes devastare. Quod ut audivit Vortigernus, milites suos cum Saxonibus collegit, atque trans Humbrum obviam pergens, hostes, qui vincere solebant, in fugam protinus repulit. Dedit autem Hengisto Vortigernus agros in regione plurimos Lyndifleya. Siquidem an-

norum ferme duorum spacio, crebras hinc inde strages conferunt, bella nequaquam publica commissa sunt. Suggerebant autem Vortigerno Saxones dolo, quod, si plures aliquos de sua patria stipendiarios habere disponderet, supradictos faciliter hostes sibi redderent superatos, quod & factum est. Nam, ut refert *BEDA*, confluentibus certatim in Insula memoratarum gentium catervis, grandescere populus coepit advenarum. Ita ut ipsis quoque qui eas invitaverant indigenis essent terrori. *GALFRIDUS*. Britones vero cum hoc vidissent, eorum timentes prodicionem, dixerunt regi, quod eos ex regni finibus expelleret, sed Vortigernus suo diffugiebat acquiescere consilio, ¹ quoniam Saxones super omnes gentes propter filiam Hengisti Rowen, quam ante duxerat uxorem, diligebat; unde Britones illico Vortigernum desertentes, Vortimerum filium regis, quem ante genuit, ut barbaros expelleret repente regem erexerunt. *WILLELMUS*. Vortimerus vero, filius Vortigerni, cum se suosque Britones Saxonum dolo perverti cerneret, ad eorum expulsionem, post septem annos adventus eorum, mentem intendit.

1. *Antea*, quia.

*De successione regis Dungardi & ¹ confederatione
tunc regis Britonum Vortimerii, filii Vortigerni.*

CAPITULUM XIV.

EUGENIUS namque, completis ærum pnosæ regnacionis suæ diebus, morbo prævalente mortuus est, vel, ut in quadam historia traditur, à Britonibus & Anglis ad Austrum Humbri bello corruit, sibi que frater ejus Dongardus in regni sublimatus solio, quinque regnavit annis, ac anno Domini CCCCLII. regnare cœpit, & Imperatoris Marciani, qui Theodosio successit, anno primo, qui Marcianus imperavit annis sex, & sex mensibus. Anno quoque Dongardi secundo, Vortimerus, de quo supra, patre vivente continuo rex conclamatus, non tutum animo fenciens, nondum Sçotis ad concordiam inductis, temere Saxones præceps offendere, ne forsan conjuncti viribus simul in Britones irruant, nuncios illico regi dirigit, qui foedus solitum, quod contra Romanos olim pepigerant, in omni securitate contra Saxones paganos reparatum fideliter in omnibus observaret. Paruit enim eis rex libenter in omnibus ac per omnia postulatis, qui suo regi cuncta per ordinem acta referunt, & concessa. Ille vero statim abilitate captata temporis, in eos subito cum suis irruens, ducem Horsum fratrem Hengisti

1. Confideracione MS.

primo proelio cum multis aliis interfecit. Occiso quidem Horfo principe, Saxones Hengistum fratrem ejus in regem erigunt, quem ter eodem anno contra Britones pugnasse legitur, sed probitati tamen Vortimerii resistere non valens ad Insulam Thanet confugit, ubi quotidie proelio navali vexabatur. Tandem Saxones cimbas suas vix ingressi relictis mulieribus & parvulis in Germaniam redierunt. Deinde Vortimerio forte fatali sublato, qui multum à facilitate patris abhorrens egregie regnum moderaretur, si Deus sivisset, Vortigernus iterum in regni sustollitur regimen, & Saxones Britanniam redierunt. Marcianus Imperator anno imperii sexto, sed & eodem mensium numero tranfactis obiit, & Leo Magnus illi successit, ac imperavit annis XVI. Obiit autem anno Marciani quinto rex Dongardus.

*De redditu Saxonum post mortem Vortimerii
cum majori multitudine &c.*

CAPITULUM XV.

IGITUR anno Domini CCCCLX. primo, Hengistus, audito obitu Vortimerii, qui per venenum, à sua noverca² Rowen porrectum, extinctus fuerat, cum tribus milibus armatorum sibi sociatis in Britanniam advectus est. Sed

1. Sic edidimus, quum Cod. MS. modereretur plane habeat. Moderasset Ed. pr. 2. Rwen MS.

cum tantæ multitudinis adventus iterum Vortigerno in rege creato principibusque regni¹ nunciatum fuisset, indignati valde cum illis constituunt² proelia. Quod cum Hengisto filia sua, Vortigerno injuste prius copulata, per internuncios patri clam indicasset; ipse Hengistus gentem Britanniaë sub specie pacis prodere cogitavit. Misitque legatos ad regem, dicens, se non tantam multitudinem conduxisse, ut sibi vel regno aliquam ingereret violenciam, sed ut sese³ & populum suum dispositioni committeret, ut quos rex optaret in regno retineret, & ⁴ residui in Germaniam vela retornarent. Cumque talia regi nunciarentur, necnon ut dies & ⁵ locus ad hæc firmanda de communi consensu præfigerentur, jussit rex cives & Saxones Kal. Maii in pago⁶ Ambrii convenire, ubi prædicta firmarentur. Interim commilitonibus suis præcepit Hengistus, ut unusquisque longum cultrum infra caligas haberet, & cum securius Britones colloquium tractarent, unusquisque paratus, facto signo,⁷ *nemet zoure Sexes*, astantem sibi Britonem educto cultro jugularet. Quod ita factum est: Hengistus Vortigernum

1. F. nunciatus. 2. *Malim*, proeliavi, cum MS. Harl. 3. *Ancea*, per pro &. 4. Residuum in Germania velum retorqueret MS. Harl. 5. Locus signarentur ad hæc firm. MS. Sed signarentur cum Editore priore doctissimo delendum esse censuimus. Et quidem deest in MS. Harl. 6. Ambriæ MS. Harl. 7. Veniet Zoure Sexes Ed. pr. male. Perperam etiam in ipsa Cod. MS. *vemet pro nemet. Uti & perperam quoque in MS. Harl. Uimet oure Saxas.*

per pallium detinuit, ceteri autem astantes Britones, nichil¹ talia præmeditantes, circiter quadringentos² sexaginta viros, Barones & Consules jugularunt. Saxones quoque mox quasque Provincias devastantes ingrassantesque, subito cives invaserunt, quasi lupi oves quas pastores deseruerunt, Ecclesias, & Ecclesiastica omnia ad solum usque³ destruebant, Sacerdotes juxta altaria trucidabant, ⁴ sacras Scripturas igne concremabant. Viri religiosi & conjugati substantiam, conjuges, liberos, & quod majus est, libertatem relinquentes, exterarum ac transmarinas petebant regiones. Itaque nonnulli de miserandis reliquiis, qui ab hac clade evadere poterant, speluncas & ⁵ nemora loco, Fol. 50.a. quidam Boreales partes, quidam Australes, Scociam viz Walliam & Cornubiam, pecierunt. Alii vero, fame convicti, procedentes, pro accipiendis alimentorum subsidiis, manus dabant hostibus, æternum subituri servitium, si non continuo trucidarentur.

1. *Malim, tale, cum MS. Harl.* 2. Sexaginta Barones viros & Consules jug. *MS. Harl.* 3. *Distruebant MS.* 4. *Libros sacræ Scripturæ concremabant, sine ignibus, in MS. Harl.* 5. *Potius, nemoralia loca, cum MS. Harl.*

*De successione Constancii regis, & divisione Britanniae
processu temporis inter Saxones in octo¹ regnis.*

CAPITULUM XVI.

CONSTANCIUS quoque frater Dongardo
successit, anno Domini CCCCLVII.² quique
regnavit annis XXII. Vortigerno rege Britonum
fulminis ictu percussus, vel, ut velit GALFRI-*Galfridus.*
DUS, turre³ propria per Aurelium Ambrosium
cremato, idem Aurelius in regem susceptus est
à Britonibus. Nam, ut tradit WILLELMUS,*Wilhelmus.*
post mortem regis Vortimerii Britonum robur
emarcuit, & jam tunc Britones pessum essent,
nisi solus Ambrosius Romanorum superstes, qui
post Vortigernum regnavit, monarcha regni
fuiſſet. BEDA. Utebantur autem Britones eo *Beda.*
tempore duce Aurelio Ambrosio, qui fuit vir
modestus, & qui solus forte Romanæ gentis
præfatæ tempeſtati superfuerat, occisis in eadem
parentibus regium ferentibus nomen & insigne.
Eo quoque duce vires⁴ capeſcunt Britones, &
ex eo tempore nunc cives, nunc hostes vince-
bant, usque ad annum obſeſſionis⁵ Badomor
montis, quando non minimas eisdem hostibus
strages dabant, XLIV. circiter anno post eorum
adventum in Britanniam. Subjugata siquidem

1. Regna *MS. Harl.* 2. Qui regnavit *MS. Harl. absque que.*
3. Propera *Ed. pr.* 4. Sic *MSS. pro capeſſunt.* 5. Badonici mon-
tis *MS. Harl.*

à Saxonibus Britannia, cœperunt processu temporis octo reges Saxonum regno inter se partito regnare, qui nichil potius quam Christum & Christianorum subvertere cultum ¹ sciebant, dilatantes sua regna, & pro uniuscujusque possibilitate regnis suis ² lites imponentes, quorum hîc nomina consequuntur. Primum utique regnum fuit Kancia, cujus reges primi ³ Horsus & Hengist. Secundum vero Suthfax. cujus rex primus Elle regnare cœpit anno Domini CCCCLXXVII. Aurelio regnante super Britones. Tercium Weistfax. temporibus Uther incipit à rege ⁴ Cerdicio. Quartum deinde Estfax. incipit incipit incipit temporibus Arthuri regis ab Erkenwino. Quintum est Anglia, cujus rex primus Wlfa. Sextum regnum ⁵ Merciorum incipit à rege Creodda. Septimum regnum Deiorum cœpit ab Alle. Octavum est regnum Berwiciorum, quod incipit incipit ab Adda; & hæc ultima duo regna de regno Northumbriæ diviso facta sunt, quod postmodum in uno regno reintegratum est. Et hæc de Saxonum adventu primo lectori sufficiant ad præsens.

Fol. 50.b.

1. Sciebant MSS. 2. *Relius*, limites, cum MS. *Harl.* 3. *Antea*, Horsus. 4. *Antea*, Terdicio. 5. Merciorum MS.

De ¹ *confœderacione regis Britonum* ² *Aurelii Ambrosii cum Constancio rege Scotorum contra Saxones, & vate Merlino.*

CAPITULUM XVII.

CONSTANCIO deinde regi rex Britonum, Aurelius Ambrosius salutem misit, ac intermissis nunciis ab eo diligenter ³ expecit, ut & ipse paganis Saxonibus, veri Dei Christianæque religionis assiduis hostibus, bellum non tardaret inferre, Britonibusque, ⁴ confœderacionis præhabitæ gracia, subveniret confociis sua parte; ⁵ & foederi namque per Vortimerium nuper inito rex ⁶ consentit, & iteratum pro perpetuo duraturum magnis intervenientibus Sacramentis, si quidem Aurelius hoc idem faceret, confirmavit. Nuncii vero, cunctis prospere, pro quibus advenerant, expeditis ad votum negociis, cum aliquibus secum ⁷ Ambasiatoribus iterum ad propria sunt regressi. Misit enim Aurelius eo tempore Pictorum regi ⁸ Droscano nuncios eciam, eodem oneratos negotio, qui præventus ab Hengisti nunciis, cui foedus ⁹ amicissime contra Britones, & tutum in necessitate receptaculum, promiserat, neque pacis solummodo securitatem ¹⁰ ulterius Aurelio præstare

¹. Consideracione MS. ². Aurilii MS. ³. Expiciit MS.
⁴. Consideracionis MS. ⁵. Deest & in MS. Harl. ⁶. Consensit MS. Harl. ⁷. Antea, Ambassatoribus. ⁸. Drostano Ed. pr.
⁹. Potius, amiciciæ, cum MS. Harl. ¹⁰. Antea, Aurelio ulterius.

Johannis de Fordun

curavit. Unde, postquam Hengistus in finibus Canciæ regnum firmaverat, promissione Pictorum confisus, fratrem suum ¹ Octam, ac filium ² Eubusam, probitate viros & audacia probatos, ad Boreales occupandas Britanniae partes, & ad resistendum Scotis, suosque compescendos impetus emisit. Venientes igitur dicti milites statim à Pictis cum hillari vultu recepti sunt, quibus eciam adaucti numero bellum paulisper & Scotis & Britonibus intulerunt. Conjuncti de cetero simul Britones, & Scoti, contra Pictos semper & Saxones pugnaverunt. Aurelii regis simul & sui prædecessoris Vortigerni diebus, vates quidam ex Cambria, MERLINUS nomine, plura quasi propheticè cecinit ad intelligendum obscura, quæ, donec contingant nullatenus aut vix à quoquam discerni valeant, sed contingencia sæpius, vel postquam acciderint, à multis creduntur agnosci: hæc autem quæ prædixerat, in cronicis GALFRIDI libro sexto prope finem reperies. Unde quidam,

³ *Marlinus.**Galfridus.**Versus.*

*Vortiger in veste regali sedit honeste,
Merlino stante ventura pericula fante.*

Sic enim incipit, “Sedente Vortigerno super
“ripam exhausti stagni, &c.” Quod autem Britones à Saxonibus de regno fuissent expellendi, suis aperte continetur dictis; eciam Saxones

1. *Amea*, Octavi. 2. Embusam *MS. Harl.* 3. *Sic.*

prius à Danis superandi, postmodum ¹ à Neustrensis, i. Normannis, deiciendi, quæ quidem ² per omnia nostris diebus noscuntur veraciter perimpleta. Ab hiis itaque, qui modo regnant in Anglia, Normannis iterum Britones, con-
 Fol. 51. a.
 comitantibus Armoricis gentibus & Albanicis, regnum erepturos pristinum prædixit, & inibi de cetero regnatos. Ceterum siue divinacionis hujusmodi futura, quæ nondum, ut putatur, fiunt, siue fienda contingent, annon ejus constant arbitrio, cui præterita simul & futura præfencia continue præsto sunt ?

*De successione regis Congalli, & ³ renovacione
 fœderis inter Scotos & Britones &c.*

CAPITULUM XVIII.

POST mortem vero Constancii, ⁴ quidem morbo decoctus occubuit, ejus nepos Congallus ex fratre Dongardo, regnum anno Domini CCCCLXXIX. suscepit, & anno Zenonis Imperatoris sexto, qui Leoni successit, cujus filiam duxerat in uxorem: regnavit autem rex annis similiter XXII. sicut & patruus prædecessor. Etiam & cum Congallo, statim ut in regem coronatus est, per regis Aurelii nuncios, amiciciæ foedus innovatum confirmatur. Invalesce-

1. *Antea*, à Neustrensis è Normannis deiciendi. 2. *Deest* per in MS. Harl. 3. Revocacione MS. 4. *L* cum MS. Harl. qui diu morbo, *At in Ed. pr.* qui morbo tantum.

bant namque bella Saxonica contra Britones, novis affidue supervenientibus turmis, & ¹ tandem undique copiis, quod eos ex regno nequaquam valebant abigere; sed magis magisque numero maliciaque de die proficientes in diem prævaluerunt. Ex omnibus paganorum terris, maxime tamen Germanicis, ut ad cadavera corvi, naves armatæ conveniunt, quibus eorum vehementer adauctus est numerus, & Britonum quotidie minoratus. ² Intestina ³ diffencionis etiam clade continua robur eorum nimium indulgens variis adeo divisum est partibus, quod si non Aurelii cum austeritate juvisset prudentia, tunc regnum proculdubio perdidissent. Suo quidem omni tempore Britones Scotorum gentibus amiciciam, & ipsi mutuo Britonibus observabant. Non enim eos ulla deinceps adversariorum sejunxit versucia, nulla de cetero suæ pacis aliena pactum effregit sævicia, nec suarum protinus gencium altrinseca ⁴ diffencio, vel injuria, suam amiciciam ⁵ dissecuit; immo festina reparacio ⁶ forcior potius dilectione colligatos solidabat. Pugnatum est ergo continue contra invicem à Saxonibus & Pictis, adversantibus eis Scotis & Britonibus, quousque superiorem manum optinentes Scoti Pictos omnes pessumderent, & à Britonibus, propria licet incuria, Bri-

1. Tantis *pro* tandem in *MS. Harl.* 2. Intestine *MS. Harl.*
 3. Discencionis *MS.* 4. Discencio *MS.* 5. Dissecuit *MS.* 6. *Malim,*
 forciori, *cum MS. Harl.*

tanniam Saxones eripuissent. Unde WILLELMUS; Willelmus. conjuncti denique simul Britones & Scoti contra Saxones & Pictos bello sæpius dimicabant. BEDA. Beda. Interea Saxones & Picti, quos eadem & una necessitas in castra contraxerat, bellum junctis viribus adversum Britones & Scotos susceperunt.

*De primo rege Francorum baptizato,
nomine Clodoveo, &c.*

CAPITULUM XIX.

CLODOVEUS vero Francorum rex, anno Congalli regis x. vel circiter, baptizatus est, in nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, à Sancto Remigio, & cum eo sui exercitus ad Fol. 51. b. tria milia, cunctusque Francorum populus, exemplo sui consequenter baptizatur. SIGIBERTUS. Sigibertus. Originem vero gentis Francorum de relatu fidei majorum, hanc esse notificemus. Post illud famosum & cunctis notum seculis Trojanæ civitatis excidium, victoribus Græcis reliquiæ Trojanorum cedentes, pars quædam cum Ænea ad fundandum Romanum Imperium ad Italiam perrexit, pars una, scil. decem milium, duce Anthenore in finitimas Pannoniæ partes secus Meotidas paludes pervenit, ubi civitatem ædificantes, ob sui memoriam Sicambriam vocaverunt. In qua cohabitantes multis annis magnam coaluerunt in gentem, & crebris incurfibus Romanum

manum solum usque Gallias ferocitatis suæ vestigia dilataverunt. Hos adeo Romanis infestos Constans Cæsar, filius Magni Constantini, bello pressit, & tandem Romano imperio subjectos aliquantulum à sua ferocitate mansuetos fieri coëgit. Post aliquot annos, Alanis rebellantibus contra Valentinianum Imperatorem, qui cum eos debellare non posset, eo quod intransibiles Meotidæ tutarent eos paludes, promisit Imperator, quod si qua gens has paludes intrando rebelles Alanos posset conterere, decem annis à tributo liberam redderet. Hac ille¹ sponfione, fortitudine sua simul & prudentia confisi, duce Priamo, Meotidas paludes Romanis invias ingressi, gentes Alanorum exuperantes Valentiniano satisfecerunt. Imperator autem, eorum virtute² delectatus, eos, qui prius Trojani, postea Sicambri vocati fuerant, Attica lingua Francos, quod interpretatur Latina feroces, appellavit. Ab illo tempore tantum virtus eorum crevit, ut totam Germaniam, & usque juga montis Pirenæi,³ Gallias, & ultra, subjugaverunt. Alii Francos ab Hectoris filio Francione volunt appellari. Dicunt enim, quod⁴ post excidium Trojæ multitudo magna inde fugiens, & in duos postea populos dividens, alia Francionem super se regem levabat, alia Thureum nomine secuta, sic & ex eis duos populos Francos & Thureos appellari.

1. Sponcione *MS.* 2. Dilectatus *MS.* 3. Galias *MS.* 4. *Annea,*
prius. *De*

De eodem, & tempore quo primum habuerunt originem ac regem, & de regia successione.

CAPITULUM XX.

VERUM undecumque denominati sunt Franci, quantum alcius historici colligere poterant, diebus ultimis Valentiniani principis, aut ¹ Graciani primis, quidam Priamus vel super eos regnare, vel eorum dux esse cœpit. Non Fol. 52. 2. Priamus ille magnus rex Trojæ, sed Priamus qui, post multa tempora, de filiis nobilissimi militis Hectoris in Francorum cronica legitur descendisse. Igitur anno primo Graciani, qui Valentiniano successit, in commune Franci deliberant, ut & ipsi sicut aliæ gentes regem habeant, & ipsum Priamum regem constituunt, qui super eos regnavit annis quinque: cui Marcomirus filius ejus succedens, annis xxxiii. regnavit, hos enim duos in quadam cronica, non reges, sed duces fuisse, legitur. Sic enim habetur; Imperatoris Honorii temporibus, Sampnone & Marcomiro Francorum ducibus defunctis, Franci, regem habere volentes, filium Marcomiri ducis Pharamundum in suum erigunt regem, qui regnavit annis xi. cui Clodius Crinitus filius ejus succedens, regnavit annis xviii. cui cognatus ejus Meroyeus ² succedens, & regnavit annis x.

1. Graciani, primus quidam *Ed. pr.* 2. L. successit & regnavit cum *MS. Harl. Deest & in Ed. pr.*

Johannis de Fordun

cui filius ejus Hildericus succedens, regnavit annis xxiv. cui Clodoveus filius ejus, de quo fit mencio, succedit, ¹ & regnavit annis xxx. Ceterorum quoque nomina regum Francorum, successiones & tempora noscere ² captans, isto libro consequenter ³ LII^o. capitulo reperiet. Anno Congalli xv. Imperatore Zenone mortuo, qui decem regnavit & novem annis, Anastasius ab Augusta assumptus, Imperator simul & Augustæ maritus cunctis innotuit, & imperavit annis xxv. Coepit anno Domini ccccxciii. Congalli regis eciam anno xvi. Sanctus Gyberianus Scotus cum fratribus suis & sororibus Galliis peregrinatus, urbem Remensem vita morteque sua perlustravit. Ejus autem anno xvii. Letaniæ, quæ dicuntur rogaciones, à beato Mamerto ⁴ Vienti Episcopo institutæ sunt, & in Scocia promulgatæ. Eodem autem anno duces duo Saxonum, ⁵ Cerdix viz. qui primus regnavit in Westfax, & filius ejus Kenrik, in Britanniam cum quinque navibus advehuntur, & ipso applicationis die bellum cum Britonibus committentes vicerunt.

*Sanctus
Gyberianus
ms.*

1. *Deest* & in *MS.* 2. *Cupiens* *MS. Harl.* 3. *Septimo pro LII. in Ed. pr.* 4. *Antea, Vientis.* 5. *Terdix MS.*

*De successione Gonrani, & renovacione fœderis
cum Uther &c.*

CAPITULUM XXI.

BELLA quoque publica Congalli temporibus nulla, sed irrupciones variæ, Saxonibus & Pictis insultantibus, fuisse leguntur. Illi vero ¹ decedenti Gonranus frater ejus, filius etiam Dongardi, vir ætatis provectæ, successit, anno Domini **DI.** necnon Imperatoris Anastasii nono, regnavitque ² **XXXIII.** annis. Ejus regnationis principiis, inter ipsum & Britones emere bella coeperunt; nam statim ut sublatus esset è medio nobilis ille princeps Britonum Aurelius, Saxonico proditorie pocionatus veneno, nequaquam Britones, vel fœderatis pacem amicis, vel sibimet concordiam noverant ulterius observare. Ejus vero laudes eximius Britonum historicus **GILDAS** præ ceteris eorum regibus non tacuit, ymmo posteris eliganti stilo sua gesta fideliter conscripta dereliquit. Erat enim fortis pede, forcior equo, largus & audax; in divinis obsequiis sedulus, cunctis modestus, & ad exercitum regendum doctissimus. Obiit tandem sibi frater ejus Uther successit, inter suos civilium bellorum nimius ³ excitator. Nitebatur etiam & ipse quorundam instigaci-

Fol. 52.b.

Gildas.

1. Discedente *MS.* Discedenti *Ed. pr.* 2. *Antea,* XXXIII.
3. Exitator *MS.*

Johannis de Fordun

one regionem Westmeriam, cum aliis annexis regionibus, Scotis eripere, quibus possessione pacifica tantis tranfacti temporis gaudebant annis. Sed hostium impetitus undique paganorum incurfibus, cum rege¹ pristinum renovare foedus confenciit, atque partis utriusque nunciorum intercessione concordēs adinvicem sunt effecti. Anno Gonrani regis octavo, pagani praescripti Cerdix & Kenrik, una die quinque milia Britonum cum rege suo Nathanleod occiderunt. Eciā ejus anno XIV. Stuff & Wichtgare pagani Saxones, cum paucis navibus Britanniam advehuntur, & apud Cherdixore bellum cum Britonibus committunt, & omnes in fugam versi sunt. Ejus anno XVIII. obiit Sancta Brigida, virgo Deo dilecta, Dunoque sepulta est. Eodem anno Cherdix & Kenrik apud Cherdixorde pugnaverunt contra Britones, & victores extiterunt, ac in Westsex deinde regnandi potestatem optinuerunt.

*Sancta
Brigida.*

*De Historico Gilda, & de quibusdam propheciis
suis metricis.*

CAPITULUM XXII.

² **H**OC circa tempus Gildas obiit, verus historicus & facetus, qui in Insula Avallone vetusta sepultus est Ecclesia. Cui, sicut variis testatur historiis, Britanni debent, si quid

1. Prestinum MS. 2. Hec citra MS.

inter

inter ceteras gentes habent noticiae. Quidam ipsum Arthuri fuisse Capellanum volunt, & quidam non, sed ejus primis & ante floruisse diebus. Hic in eadem Insula Avallone, affectu non modico locique sanctitudine ¹ delectatus, diutina perhendinacione mansit. In ea vero vitam Deo placabilem atque solitariam ducens, Fol. 53. a. ad tantam pervenit gratiam, ut & miraculis & spiritu saepius prophetae meruit divinitus decorari. Multa quidem & vera, quorum profaice quaedam, & quaedam metrica, praedixit experta. Sed pauca quaedam operis sui metrici, quae secundum nostri temporis expositores nondum accidisse putantur, huic operi praesenti capitulo placuit inferere quae sequuntur. Et primo sequitur de continuacione confecti foederis inter Scotos & Britones, incepti prius a Carausio, deinde fideliter a Conano servati, sed & ab Aurelio Ambrosio reparati, necnon a multis hucusque principibus quamvis non omnibus continuati. GILDAS.

Gildas.

*Bruti posteritas cum Scotis associata,
Anglica regna premet, Marte, labore, nece.
Flumina manabunt hostili tincta cruore,
Perfida gens omni lite subacta ruet.
Quem Britonum fundet Albanis juncta juvenus,
Sanguine Saxonico tincta rubebit humus.
Regnabunt Britones Scotorum gentis ² amici.
Antiquum nomen Insula tota feret.*

Versus.

1. Dilectatus MS. 2. Gentes MS.

Johannis de Fordun

*Ut refert aquila veteri de terra locuta,
 Cum Scotis Britones regna paterna regent.
 Regnabunt pariter in prosperitate quieta,
 Hostibus expulsis, judicis usque diem.*

*De eisdem propheciis, & Sanctis Brandano
 & Machute.*

CAPITULUM XXIII.

ECIAM & hæc de quibusdam casibus Scotis contingendis inter cetera cecinit dicens:

*Fata ducis celebris super omnia Scotia flebit,
 Qui loca septa salo junget ubique sibi:
 Principe magnifico tellus viduata vacabit,
 Annis bis ternis, mensibus atque novem.
 Antiquos reges, justos, fortes, locupletes,
 Largos, famosos, Scotia mæsta luget,
 Ut Merlinus ait, post reges victoriosos,
 Regis more carens, regia sceptrâ reget.
 Væ² canet Albania tantis præsaga ruinis,
 Totaque gens propria fraude perempta jacet.
 Serviet³ Angligenæ regi per tempora quædam,
 Proth dolor! Albania fraude subacta sua.
 Quod respirabit post funus regis avari,
 Versibus antiquis prisca Sibilla canit.*

1. Machuto *Ed. pr.* Et sic etiam à manu rec. corrigitur in Codice Galeano (quo modo plane in summaribus iidem ad initium libri legitur) licet Machute sit in ipso quoque MS. Harleyano. 2. Cavet MS. perinde ac si cavet legi deberet. Sed canet in MS. Harl. 3. Angligeni MS.

*Candidus Albanus patriotis causa ruinae,
 Tradicione sua Scotica regna teret.
 Rex Borealis enim numerosa classe potitus,
 Affliget Scotos, ense, furore, fame.
 Extera gens tandem¹ Sociorum fraude peribit.
 In bello princeps Noricus ense cadet,
 Gallica quem gignet, qui Gazis regna replebit,
 O dolor, ô gemitus, fratris ab ense cadet!
 Tristia cessabunt quæ prospera sine sequentur,
 Pacis & adveniet tempore grata quies.
 Historiæ veteris Gildas luculentus Orator,
 Hæc retulit parvo carmine plura notans.*

Fol. 53. b.

Justinus Senior, Imperator Christianissimus, Anastasio perfido succedens anno Domini DXVII. imperavit annis x. & anno regis Gonrani XXVIII. mortuus est. Cui successit ex sorore nepos ejus Justinianus eodem anno, viz. Incarnacionis Dominicæ DXXVIII. & imperavit annis XXXVIII. Ipse libros² Romanarum legum in uno volumine, quod Justinianum vocatur, abbreviavit. Anno itaque regis xxx. ³ Cherdix & Kenrik filius ejus Wectam Insulam ceperunt, & illam nepotibus suis Stuf & Wichtgare dederunt. Et hoc tempore Dionisius in urbe Roma Paschalem circulum decennovenalem composuit, & anno Domini DXXXII. incepit. Eo tempore Sanctus Brendanus in Scotia floruit, qui &

*Sanctus
 Brendanus.*

1. Sic MSS. *Anica*, Scotorum. 2. *Anica*, Romanorum. 3. *Anica*, trium Therdix.

*Sanctus
Machutes.*

trium fere milium monachorum pater fuit. Hic quoque fortunatas Insulas ¹ Septennali navigatione perquirens, multa miraculo digna vidit. A quo Sanctus Machutes, qui & Macloveus, baptizatus & regulariter educatus, ac ipsius navigatione focus, in Britannia miraculis & sanctitate claruit.

*De morte Gornani regis, & successione Arthuri
in regno Britonum.*

CAPITULUM XXIV.

GONRANUS utique plenus dierum, postquam in regno triginta quatuor impleverat annos, apud ² Innerlochyn, à suo nepote filio fratris Eugenio vel Eothodio Hebdir insidiis circumventus, interiit: cujus ad sepeliendum corpus ad Ecclesiam Sancti Orani delatum est, ubi patris & avi funera quiescunt in Hy Insula. Uxor vero post ejus mortem regina, cum filiis suis Rogenano & Aydano, ad Hiberniam clam aufugit, ubi, dum vel ipse vel frater ejus regnabat, & usque mortem permansit: filii tamen sui, cum perfectæ pubertatis annos, & miliciæ robur habuissent, animo regis intercedencium amicorum mitigato precibus, ad patriam rediunt in pace de cetero quieverunt; de quibus, ut infra suo loco patebit, amplius est dicendum. Cum enim Uther rex Britonum,

1. Septentrionali *Ed. pr.* 2. *Anlea*, Innerlothyn.

sicut

sicut bonæ memoriæ frater ejus Aurelius, Saxonum perfidia veneno perisset, filius ejus Arthurus factione quorundam in regno successit, quod¹ tamen illi debitum de jure non fuerat, sed Annæ forori potius vel suis liberis. Illa namque de thoro procreata legitimo, consuli Loth Scoto & domino Landoniæ, qui de familia ducis Fulgencii processit, nupta fuit: ex qua duos filios genuit Galwanum nobilem & Mordredum, quem aliter ex adverso genitum nonnulli^{Fol. 54. 2.} tradunt, sed non tenet. Arthurum regnasse Gonrani diebus regnacionis certum est, & post ejus decessum septem annis. Nam anno Domini quingentesimo quadragesimo secundo, sicut variis apparet in Scriptis, obiit Arthurus, sed quoto regnum² suscepit anno michi non notuit. Sed quare assumptus est Arthurus in regem, omissis legitimis heredibus, patere poterit per GALFRIDUM, qui, ut dicit, defuncto^{Galfridus.} Uther³ Pendragon, convenerunt ex diversis Provinciis gentes Britonum & proceres in civitate Cilcestriæ, Dubricio urbis legionum Archiepiscopo suggerentes, ut Arthurum filium ejus in regem sublimarent & consecrarent; arguebat enim eos necessitas, quia, audito prædicti regis obitu, Saxones concives suos ex Germania invitaverunt, & duce quodam Colgerino eos exterminare nitebantur.

1. *Ansea*, tum. 2. *Susciperat MS.* 3. *Pendragonū MS.*

Johannis de Fordun[*De eodem Arturo.*]

CAPITULUM XXV.

DUBRICIUS ergo calamitatem patriæ dolens, associatis sibi Episcopis, propter periculum eminens futurum, Arthurum regni dyademate insignivit. Erat enim xv. annorum Arthurus, juvenis inauditæ virtutis & largitatis, in quo tantam gratiam sua innata bonitas sibi præstiterat, ut à cunctis fere populis amaretur. Insignibus igitur regiis iniciatus, solitum morem servans semper largitati indulfit, propter ejus admirabilem liberalitatem cum aliis virtutibus confluebat ad eum tanta multitudo militum, ut quod etiam disponderet ei ² deficeret. Sic cui naturalis inest largitas cum probitate, quamvis ad tempus indigeat, nullatenus tamen continua paupertas ei dominari poterit: sed ut ad propositum revertamur, ubi dicitur. Arguebat enim eos necessitas quæ legem non habet. nam multociens necessitas facit licitum, quod ³ alias licitum non esset. Sed quæ vel qualis fuerat ista necessitas non multum declarat, nam satis luculenter apparere poterit, & colligi ex dictis ejusdem processus, quia tunc Gawanus & ejus

1. Ex summariis supplevimus. Et quidem nova in Cod. MS. incipit Sectio, licet desideretur titulus. At in MS. Harl. nulla hic nova cernitur Sectio, quamvis in ejusd. Codicis summariis, novæ divisionis titulus hicce habeatur: De eodem Arturo, Wawano & Modredo. 2. Deficerat MSS. 3. Antea, aliter.

frater

frater Mordredus pueri erant ¹ impubes ; &posito, ut jam diximus, quod Arthurus, ² quando assumptus est in regem, fuit annorum quindecim, diversis eruptionibus per eum bellicis Saxonibus illatis ; interim post hujusmodi bella à tempore regnacionis ejus edita, sic loquitur GALFRIDUS. Hiis itaque gestis &c. post pau- *Galfridus.*
ca, erat Wauwanus filius Loth, XII. annorum juvenis, obsequio Sulpicii Papæ ab avunculo *Fol. 54. b.*
traditus, à quo arma recepit. Et ideo ingruente tanta necessitate potius adolescens tendens ad virum eligitur, quam in periculis puer in cunabulis, & hac forte de causa movebat bellum Mordredus contra Arthurum, in quo alteruter fati cessit, &c. Scribit enim GALFRI- *Galfridus.*
DUS, Mordredum & ³ Gawuanum fuisse filios fororis Aurelii patris Arthuri, sic dicens: Loth autem qui tempore Aurelii Ambrosii sororem ejus duxerat, ex qua Mordredum & Gauwanum genuerat. Infra tamen vocat Arthurum avunculum eorum, sic dicens: Erat autem Wauwanus filius Loth, annorum XII. juvenis, obsequio Sulpicii Papæ ab avunculo traditus. Tamen clare constat, quod ⁴ ei tunc non erant superstites nec Aurelius nec Uther. Ideo colligitur, quod Arthurus fuit iste avunculus, qui obsequio Papæ eum tradiderat: ⁵ alibi tamen legitur Mordredum fuisse sororium Arthuri. Unde SCRIP-

1. *Antea*, impuberes. 2. *Antea*, quum. 3. *Sic MS.* Gawuanum *Ed. pr.* 4. *Eo tunc non erant superstites MS.* *Eo tunc non fuit superstites MS. Harl.* 5. *Alibi MS.*

*Versus.
Scriptor
propheciae
venerabilis
Bedæ.*

PTOR de prophecia Venerabilis Bedæ, & ejus scriptis. BEDA Venerabilis de Anglia sic prophetizans dixit :

*Villa super Twedam fert Anglis te fore prædam.
Gaude per Bedam, qui scripsit verbula quædam,
Libro de gestis Anglorum scripta potestis.
Ceteris quod pestis erit Anglis ¹ littera testis,
Prædixit Christi vir genti credulus isti.
Stragi dolo tristi mala gens semper studuisti ;
² Ebria gens, fidei fictæ, gens Ingluviei,
Gens ³ peravara rei, gens nequam progeniei.
Est ter ventura gens Francorum nocitura,
Te subversura semper sine spe labitura,
Non gens Francorum ⁴ tantum sed spreta proborum,
Gens tibi Scotorum fiet major ⁵ dominorum.*

Hæc ille Beda. Nota quod anno Domini DXLII. Arthurus in bello letaliter vulneratus, ⁶ abiit ad sananda vulnera in Insulam ⁷ Avallonis euectus. Non legimus quo fine pausavit, ⁸ sed quia in Ecclesia monasteriali de Glasinbery dicitur esse tumulatus, cum hujusmodi epithaphio,

1. *Ansea*, tetra pro littera. 2. Ebris MS. 3. Peramara MS.
4. *Ansea*, tamen. 5. *Ansea*, duorum. 6. *Deest* abiit in MS. Harl.
7. Avallonis euegus non legitimus MS. Avallonis. *Evegus* ; non legimus *Ed. pr.* perinde ac si *Evegus scriptoris, nescio cujus, nomen esset; quum tamen euectus non legimus plane scribatur in MS. Harl.* 8. Sed quia in ecclesia monasteriali de Glasinberi dicitur esse tumulatus, cum hujusmodi epithaphio, Hic jacet Arthurus rex quondam atque futurus, wlgo creditur ad huc eum vivere, & ut in comædiis canitur, superventurus est dispersos & profugos Britones ad propria restaurare MS. Harl.

fic eum ad præsens ibidem credimus, unde versus :

Hic jacet Arthurus rex quondam rexque futurus. *Versus.*
 Credunt enim quidam de genere Britonum eum futurum vivere, & de servitute ad libertatem eosque reducere &c." Contemporanius fuerat Arthurus Sancti Columbæ, Sanctus eciam Constantinus rex Cornubiæ eodem tempore reliquit regnum terrenum, adhærendo & invitando regem coelestem, & cum Sancto Columba in Scociam venit, & fidem Scotis prædicavit, monasterium de ¹ Goron fundavit & Abbas fuit, & Pictis prædicavit; terram totam de Kintyre convertit, & ibidem martirio occubuit, &c. Item Sanctus Columba convertit ² Kenden regem Pictorum, & gentem ejusdem, & Abbas fuit in Hybernia, in monasterio quod vocatur ³ Campus, & in Scocia, in monasterio Genfy, non fuit Episcopus sed monachus. Fol. 55. a.

De successione trium regum, ⁴ Eugenii, Conualli, atque Kynatel sive Connyde, & adventu Sancti Columbæ.

CAPITULUM XXVI.

EUGENIUS, qui & Eochodius Hebdir, oc-
 ciso patruo Gonrano, regnum suscepit

1. Gowen MS. Harl. 2. Antea, Kenderen. At in MS. Harl. Brudeum pro Kenden. 3. Campus Roberti & in Scocia monasterio iensi MS. Harl. 4. Et de Eugenii MS.

Johannis de Fordun

anno Domini DXXXV. & regnavit annis XXIII. Suae regnacionis anno octavo, & Imperatoris Justiniani decimo quinto, commissum ¹ est Britannia bellum inter Britonum regem Arthurum & suum nepotem Mordredum, quo bello cecidit vulneratus ad mortem uterque cum multitudine copiosa Britonum, pariter & Scotorum. Totum namque tempus sui regiminis cum Saxonibus & Pictis assidue dimicando transduxit, illi quandoque vel illis fortuna victoriam concedente: pacem cum Britonibus, & ² pristinae colligacionis vinculum diligenter observans, sæpius eis eciam persona præfens subsidium contra paganos exhibuit. Illi vero post mortem successit frater ejus ³ Connallus anno Domini ⁴ DLVIII. & Imperatoris Justiniani tricesimo primo, regnavitque decem annis. Eo regnante Scotis anno octavo, & Pictis Brudeo filio Mealochon anno sui regni nono, qui erat annus Domini DLXV. ex Hybernia venit in Scociam Sanctus Presbiter & Abbas Columba, vir ⁵ vitæ non minus mirabilis quam venerabilis, monasteriorum fundator, & multorum pater & instructor monachorum. Hic cum Jona Propheta fortitus est nomen. Nam quod Hebraica lingua Jona, Latina vero Columba dicitur, Græca vero Peristera vocitatur. Nomina virorum ⁶ du-

*Sanctus
Columba.*

1. Sic MSS. non, est in Britannia, cum Ed. pr. 2. Prestinae MS.
3. Antea, Convallus. 4. Antea, DXVIII. 5. Virtute pro vitæ in MS. Harl. 6. Deest duodecem in MS. Harl.

odecem,

odecem, qui cum Sancto Columba Scociam adnavigaverunt ex Hybernia, sunt hæc: duo filii Brendini, Bathenus, qui & Coninus, Sancti Columbæ successor, & ¹ Cobthacus frater ejus: Aernamus avunculus Sancti Columbæ: Dormicius ejus ministrator: duo filii Rodaini, Rus & Fechno: ² Scandalaus filius Bresaili, filii Eudei, ³ Eoghodius, Thocammeus, Mocuferus, Cetea, Cayrnaanus, filius eciam ⁴ Brandini, filii ⁵ Melgy ⁶ Grillaanus. Die quodam & eadem hora qua commissum est bellum in Hybernia, quod Ondemorum Scotice dicitur, idem homo Dei, coram eodem rege ⁷ Conallo filio Congalli conversatus in Scocia, narravit per omnia, tam de bello commisso, quam eciam de regibus quibus Deus donavit victoriam de inimicis. Sancti vero Columbæ post adventum anno secundo mortuus est rex ⁸ Conallus, & illi statim frater ejus Kynatel sive Connyd eodem anno succedens in regno, post annum & tres menses discessit. Fol. 55. b.

De Angelo librum vitreum deferente Sancto Columbæ consecracionis regie, & successionis Aidani.

CAPITULUM XXVII.

ADAMNANUS. Hiis itaque temporibus cum in Insula, cui nomen Hymba, San- *Adamna-
ms.*

1. Obthacus *Ed. pr.* 2. *Ansea*, Standalaus. 3. *Ansea*, Goghodius.
4. *Ansea*, Brandiur. 5. Melgi & Grillaanus *MS. Harl.* 6. *Ansea*,
Grillaamis. 7. *Ansea*, Convallo. 8. *Ansea*, Convallus.

Etus Columba mansisset, nocte quadam, mentis in extasi, vidit angelum Dei vitreum in manu librum regum ordinationis gestantem, quem ut legeret Sancto Columbæ porrigebat, qui cum tertia nocte, secundum quod ei in libro jussum fuerat, Aydanum filium Gonrani regem ordinare recusaret, cum fratrem ejus Jogenanum magis diligeret, extendens subito manum angelus flagello sanctum virum percussit. Cujus in latere ¹ livosum omnibus suæ vitæ diebus permansit vestigium. Hoc itaque verbum intulit, pro certo scias, inquiens, quia cum hoc libro sum ad te missus à Deo, ut, juxta quod in eo legisti, regem ordines Aydanum, quod si nolueris huic obsecundare jussioni iterato te percuciam. Itaque cum angelus Domini per tres continuas noctes eundem in manu vitreum habens codicem eidem Sancto apparuisset, & divina jussa de regis ejusdem ordinatione commendasset, ad Jonam transnavigavit Insulam, & ibidem Aydanum hiis diebus adventantem, sicut erat jussus, manum super caput ejus imposuit, & in regem benedicens ordinavit, ac inter ordinationis verba de filiis, nepotibus ac pronepotibus futura prophetavit. Aydanus igitur angelicis in regem hujusmodi monitis ad suæ læticiam gentis ordinatus, regnum in magna prosperitate rexit. Cœpit autem anno Domini DLXX. Justini Junioris, qui Justiniano successit,

1. F. livosum, i. e. lividum.

anno quinto; nam imperare coepit anno Domini DVI. & imperavit annis duodecem, regnavitque rex annis xxxv. Hic bellicis motibus nimis eciam contra beati Columbæ monita se supra modum ingerens, adeo quod quasque gentes per circuitum, quociens suum irruebant in regnum, Noricos viz. Pictos & Saxones, devinceret, sed & eosdem Pictos eciam propriis in sedibus superabat, binis tamen vicibus suum exercitum Scripturæ docent superatum. Una vero vice sub Brendino principe bellorum, altera quidem sub seipso; quarum unius & primæ modus disconfecturæ sequenti capitulo sequitur, & est talis, &c. Fol. 56.a.

De subsidio per Aydanum Malgoni regi Britonum missio, & victoria paganorum, de parentibus Sanctorum &c.

CAPITULUM XXVIII.

MISIT autem ei nuncios Malgo rex Britonum, cum suæ probitatis præconium audisset, obsecrans, ut posteræ confœderacionis & amiciciæ non immemor, auxiliari sibi contra nephandæ nacionis ethnicam gentem non recuset. At ille faciliter tam justæ petitionis aurem inclinans effectui, filium suum Griffinum militem egregium, atque Brendinum Euboniæ regulum, ex parte sororis nepotem, anno regni sui xv. cum manu potenti destinavit. Non

Non enim illis hac vice tanti curam commisisset negotii, cum antea nichilominus exercituum prudenter ¹ soleant & sæpius ducatum gerere, quia dictam per se profectioem regere disposuit, si non saniori consilio primates diligentius ipsum à proposito revocassent. Illis mox cum exercitu proficiscentibus Britones associantur Boreales, & sic conjuncti simul quasi nichil timentes secure Malgonem adire contendunt. Sed ecce subito die tertia, postquam moram transissent lapideam, in paganorum turmas ² non improvisi penitus incidunt, quibus præfuit Westfaxonum rex Cenlinus, loco qui Fethanlege appellatur, ubi cum non parvo diei spacio fortiter certassent, Cutha, Cenlini filius, cum tota quam ducebat acie prima peremptus est. Nec tamen ob id paganorum acies reliquæ quicquam timentes ex campo ³ recedere, quin & forcius instare curabant, donec & nostros & Britones, qui bellum primo videbantur evincere, crudeli cæde terribiliter effugaret. ⁴ VINCENCIUS. Erat enim hiis diebus in Scotia Brendino Regulo frater, cui nomen Adelfius, de cujus filia vocata Gelgehes, rex Hyberniæ Philtanus Sanctum genuit Furseum, & fratres ejus ⁵ Scoylanum, & ⁶ Ulcanum, magnificos Sanctos apud Deum. Anno regis Aydani nono Justinus obiit,

*Vincencius
de Sancto
Furseo.*

1. Sic MSS. f. pro solebant. At solet in Ed. pr. 2. Deest non in MS. Harl. 3. Recedere MS. 4. Antea, Unicus erat. 5. F. Foylanum. Nam Folianum, in MS. Harl. Antea, Stoylanum. 6. Ultanum Ed. pr. Vulcanum MS. Harl.

& ad imperium successit Tiberius anno Domini DLXXVIII. & imperavit annis VI. Tiberio mortuo successit gener ejus ex filia Mauricius, anno Domini DLXXXIV. & regnavit annis XXI.

De rege Aydano pro Cadwellonis regis Britonum subsidio proficiscente contra Saxones, & belli victoria, &c.

CAPITULUM XXIX.

ABRITONIBUS & suo rege Cadwallone, rex Aydanus anno regni sui XXIII. contra Fol. 56.b. prædictum Cenlinum regem de subsidio requisitus, ad Cestriam usque cum suo perrexit exercitu, quo Britones cum eo turmatim globati per acies adversus ipsum dimicaturi conveniunt. Quibus & ipse cum hoc audisset, cum suis paratus ad bellum obvius incedit, & apud ¹ Wodenysborch duro commisso proelio, duces de parte Cenlini, Cealinus & Quichelm & Crida, copiæque bellatorum sui pene perierunt exercitus, sed & ipse vulneratus fugiens regno statim privatus est. Ipso quoque tempore belli vir sanctus Columba Jona moram faciens Insula, sicut refert in suis ² Scriptis, subito ministrum advocat dicens, cloccam pulsa; cujus incitati sonitu fratres ad Ecclesiam ocius, ipso sancto præfule ³ præiunte, cucurrerunt. Ad

1. *Amea*, Wodenysborth. 2. Adamnanus *addit MS. Harl.*

3. *Sic.*

Johannis de Fordun

quos in Ecclesia flexis genibus ¹ inquit, nunc Deum
 intencius pro rege deprecemur Aydano, &
² hoc populo, nam in hac hora bellum ineunt.
 Et post modicum intervallum Ecclesiam egres-
 sus in coelum respiciens inquit, in fugam nunc
 barbari vertuntur. Aydanoque, quamlibet alias
 infelix, à Deo tamen victoria conceditur. Sed
 & exercitus Aydani de numero ³ tricentorum
 interfectorum & trium virorum, propheticè vir
 sanctus atque veraciter narravit. Contempo-
 raneus vero cum Sancto Columba beatissimus
 floruit Kentigernus + Glasgwenfis Episcopus, vir
 mirandæ sanctitatis, & multorum operator mi-
 raculorum, cujus ibidem ossa veneranda, multis
 ad laudem Dei clarificata miraculis, tumultata
 requiescunt. Ejus versus Austrum Episcopatus
 tunc temporis ultimus finis fuerat, ut esse modo
 de jure debeat, ad crucem regiam infra Stane-
 mure. Unus vero discipulorum ejus præcipuus
 erat Sanctus Conuallus, miraculis clarus & vir-
 tutibus, cujus itaque ossa sepulta quiescunt apud
 Inchenave juxta Glasgw.

*Sanctus
 Kentiger-
 nus.*

*Sanctus
 Conuallus.*

1. Sic MS. Perperam proinde in Ed. pr. jussit pro inquit. 2. Suo pro
 hoc in MS. Harl. 3. Sic. 4. Antea, Glasgweum.

De eodem Aydano per Northumbrorum regem Ethelfridum è bello fugato, & Sancto Augustino &c.

CAPITULUM XXX.

ALIO quidem in tempore victus est Aidani regis exercitus ipso præfente, suæ viz. regnacionis anno tricesimo tercio. Denique, postquam Cenlinum regem Westfaxonum devicerat anno undecimo, conventum est inter ipsum & Britones, populos Northumbrenses, quos tunc rex fortis viribus & prudens Ethelfridus rexit, qui Britones continuis & Scotos affecit injuriis, iste quidem ad Boream, illi siquidem ad Fol. 57. a. Austrum, utrisque partibus impetere condicto¹ subfirmata fide termino convenirent. Rex igitur, quamvis ætate grandævus, adveniente² nocturno tempore, sperans eos ex adverso facturos quod pacto pepigerant, Northumbriæ partes invasit, & dum per dies singulos incendio³ suus vacaret & spoliis exercitus, una dierum dispersos hujusmodi prædando per villas & arva Scotos, rex Ethelfridus condense superveniens agmine, non absque suorum magna cæde superavit. Beda. BEDA. Profectibus Ethelfridi motus Scotorum rex Aydanus, contra eum cum immenso fortique venit exercitu, sed cum pau-

1. Sub firmata pace termino *MS. Harl.* 2. *Malim*, notato pro nocturno, cum *MS. Harl.* 3. Suis vacaret *Ed. pr.* Simul vacaret *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

cis, loco qui dicitur Degfastan, omnis pene cæsus est ejus exercitus. In qua tamen pugna Theobaldus Ethelfridi frater, cum omni quem ducebat exercitu, peremptus est, victus nichilominus Aydanus aufugit. Ante quidem hoc bellum anno quinto, Sanctus Gregorius Papa misit Augustinum cum sociis, primum doctorem in Angliam, ut eis fidem prædicaret, qui regem Canciæ Athelbertum ad fidem eodem anno convertit. Franci quidem & Hispani temporibus Aydani de Pascha celebrando diffenciunt, Francis XIV. Kal. Maii, Hispanis XII. Kal. Aprilis Pascha celebrantibus. Ejus eciam tempore Sanctus Gregorius Turonensium ordinatur Episcopus, & clarus habetur in omnibus. Hic regum Francorum historiam scripsit. Post autem dictum bellum rex Ethelfridus gentem Britonum misere vastavit, pluresque terras eorum, exterminatis indigenis, aut genti Anglorum tributarios, aut habitabiles fecit.

*De prophecia Sancti Columbæ de filiis regis Aydani,
& de Sancto Droftano suisque parentibus, &c.*

CAPITULUM XXXI.

ADAMNANUS. Tempore vero quodam, cum Sanctus Columba regem Aydanum de regni successore quæsierat, illo se respondente nescire quis esset regnaturus de filiis, Arturius,

turius, an Eochodius ¹ Find, an Dongartus ? Sanctus hoc consequenter ² modo prophetatur : Nullus ex hiis tribus erit regnator, nam in bellis cadent ab inimicis trucidandi : sed nunc si quos habes alios minores ad me veniant, & quem ex eis Dominus regem ³ elegerit super meum subito irruet gremium. Quibus accitis, sicut prophetabat Sanctus, Eochodius ⁴ Buyd adveniens in ejus sinu recubuit, quem Sanctus statim osculatus est, & benedicens ad patrem ait, hic est superstes, & rex statim post te regnaturus eciam, & post eum regnabunt ejus filii. Sic omnia plene suis temporibus impleta sunt. Nam Arturius & Eochodius Find non multo ^{Fol.57. b.} post temporis intervallo bello Maychorum trucidantur, Arturius quoque bello Saxonico, sicut & ante diu frater ejus major Griffinus, peremptus est ; sed Eochodius ⁵ Buyd, quod nostra lingua sonat Eugenius, in regno patri post annum successit. Hujus enim Griffini filii regis Aydani, filii Gonrani, filiam nomine Fynewenem Conanrodus filius regis Demeciaë duxit uxorem, ex qua genuit filium multum Deo dilectum Sanctum Drostanum, qui ⁶ monachico ^{Sanctus} degens in habitu Deo seipsum hostiam optulit ^{Drostanus.} acceptabilem. Anno Domini sexcentesimo Sanctus obiit Columba, postquam optima conversatione ⁷ Scotia mansisset annis plene triginta

1. Buyd *tamen inferius vocat.* 2. *Deest modo in Ed. pr.* 3. *Eligerit MS.* 4. *Bynd MS. Harl.* 5. *Bynde MS. Harl.* 6. *Monarchico MS.* 7. *Sic MSS. non, in Scotia, cum Ed. pr.* qua-

Johannis de Fordun

quatuor, quod ex dictis beati viri patet. Usque in hunc, inquiens fratribus, præsentem diem meæ peregrinationis in Scotia terdeni completi sunt anni; sed quia dominus michi totis viribus roganti donavit, ut ad ipsum hac die de mundo transirem, multarum magis Ecclesiarum oraciones pro me exaudiens, dictum cicus immutavit, & ipsis exorantibus à domino donatum est, ut, quamlibet contra meam voluntatem, anni quatuor ab hac die michi carne manenti superaddantur. Aydanus quoque rex post bellum Degfastan continue mœrens, tantis se ipsum afflixit doloribus, quod anno secundo post fugam, adeo grandævus ut annorum octoginta pene metas attingens, apud ¹ Kentyre, & apud Kylcheran, quo prædecessorum nullus antea, tumulatur. Statimque Kenethus Kere filius Conal regiam suscepit coronam, & post annum, vel, ut alibi, post tres menses defunctus est.

*De successione filii Aydani, & Sanctis Gillenio
& Columbano.*

CAPITULUM XXXII.

AD regni deinde successit apicem filius Aydani regis, Eugenius Buydnel, Eochodius à quibusdam, Aydo secundum alios, anno Domini DCVI. & regnavit annis XVI. Anno quo-

¹. Obierat post Kentyre recte addit MS. Harl.

que præcedente, Christi viz. DCV. Mauricio cum uxore & filiis à milite suo Foca perempto, Focas idem invasit imperium, & tenuit annis octo. Bonifacius Ecclesiæ Romanæ Papa LXIV. qui Sabiniano successit, apud eundem Focam optinuit, ut Ecclesia Romana capud esset omnium Ecclesiarum, quia tunc Ecclesia Constantinopolitana se primam scribebat omnium Ecclesiarum. Hic Eugenius à ¹ Primenno, postquam in beati Columbæ gremio capud reclinaverat, Vol. 58. a. dilectus fuit ejus alumpnus tenerime nutritus, diuque postmodum ² discipulus diligenter litteris informatus. Ejus doctrinam rex effectus in multis oblivioni tradens, nam paci raro, sed bellis continue curam adhibuit, gravibus semper regiones Saxonum irrupcionibus, aliquandoque Pictorum, infestavit. In cunctis vero regendis austerus erat, ac omnibus, suæ majestatis imperium irritantibus, per omnia crudelis atque ferox, gloriosius multo superbos putavit aut effrenes cruentem quam civiliter superare. Subactis tamen vel hostibus vel legiis civibus valde misericors & mitis fuit, sed & injuriarum veniam poscentibus promptus indultor & suavis, in hoc enim generosi leonis, cujus ipse signum tulit in armis, verus imitator dici possit, cum parcere prostratis sit nobilis ira leonis. Ejus anno octavo, cum Focas Imperator in suos crudeliter domesticos desæviret, Eraclii Affricæ

1. Sic MSS. *Amtea*, Parmeno. 2. *Amtea*, discipulis diligenter tribus informatus. Patricii

*Sanctus
Gillenus.*

Patricii jussu peremptus est, qui post ejus necem sibi rempublicam vendicavit; coepit anno Domini DCXIII. trigintaque regnavit annis: hic rempublicam dissolutam invenit & attritam.

*Sanctus Co-
lumbanus.*

Eo tempore Sanctus Gillenus Scotus Provinciam Attrebatensem sana doctrina Christo acquifivit, & illi claris attraxit miraculis. Quadam die, cum idem Sanctus cum Sancto Phareone corpus reficeret, vas vitreum, quo vinum propinabatur, pincerna tenente, casu ruens contractum est: cernens autem beatus Gillenus vultum ministri in pallorem versum, innuit illi latenter dari frustum calicis fracti, super quem oracione facta, repente vitreum reintegratum est. Eugenii diebus Sanctus Columbanus Scotus multis claruit virtutibus, in Galliis Coenobia² Luxoviensis & ³ Bobrensis construxit; postmodum à Theodorico rege, instinctu Brunechild aviæ suæ, expellitur de Francia, qui post, relicto Gallo discipulo in Alemannia, Coenobium construxit in Italia.

*De fuga Cadwallonis venientis in Scotia, & de
Sancto Oswaldo, & suis fratribus, &c.*

CAPITULUM XXXIII.

ANNO quidem Ewgenii decimo, Westsaxonum reges Cinegillus & Quichelmus,

1. Acquesivit MS. 2. *Antea*, Luxoniensis. 3. Bobiensis MS. *Harl.*

proelium apud Beautonum, adversus regem Britonum Cadwallonem, committentes, exercitus sui duobus milibus quadraginta sex occisis, ipsum fugam arripere coegerunt. Qui postmodum Scociam cum paucis clam adveniens, opem habiturus à rege, de qua placitum sibi promissum accepit: de Scocia vero petiit Hiberniam, indeque Britanniam ¹ secessit Armoricam, ubi statim à rege, cui nomen Salamon, cum optenta bellatorum manu non modica ² domi reversus, innumeris Saxones occisionum cladibus infestavit. Undecimo quidem anno suo Redwaldus, rex Orientalium Anglorum, Ethelfridum Northumbriæ regem bello peremit; in quo regno succedens Edwinus, septem filios Ethelfridi, viz. Andefridum, Oswaldum, Oslafum, Oswium, Offam, Oswudum & Oslacum, & unam filiam Ebbam, ex regno patris sui depulfit. Hii quidem omnes cum multis nobilibus amicorum diligencia fuga lapsi, ³ supremam coacti necessitate Scociam adveniunt, quos rex adhuc paganos, ac licet eorum pater suum debellasset in bello patrem, eo tamen honore quo decuit benigne suscipiens, in regno diu postmodum receptavit. Ejus eciam hortatu post paucos annos, doctrinaque sanctorum Patrum & prædicationibus, quorum assidue gloriosa tunc conversacione Scocia refulsit, ad Cristianam perducti fidem, Sanctæ Trinitatis nomine sacri

Fol. 58.b.

*Sanctus
Oswaldus
&c.*

1. Scecessit *MS.* 2. *An,* domum? 3. *F.* suprema.

baptismatis aqua sunt renati. Anno duodecimo regni regis, & Imperatoris Heraclii quinto, Palæstina bello premitur à Persis, sanctaque civitas Jerusalem, peremptis in ea Christianorum nonaginta milibus, capitur, & ipsa sancta Dominica crux asportatur. Unde quinto post hoc anno motus Imperator, mensis Aprilis die quarta, secundaque feria Paschæ, contra regem Cosdroem iter sarripuit, quo statim interfecto, Jerusalem reportavit sanctam crucem, in cujus Imperator erumpendo laudibus hanc cecinit Antiphonam, O crux splendidior &c. Rex igitur Eugenius, qui cunctis pene regni diebus quietem abhorruit, ad vitæ bravium tandem perveniens, eciam & hostibus post mortem, ut dudum vivens, æternus voluit esse timor. Nam ut in futurum regni gentes, ipso defensore licet mortuo, nuncquam careant, legiis majoribus sub fide jurata præcipiendo testamento constituit, quod ad eorum firmam de cetero tutelam, in extremis ad Austrum regni finibus, eo defuncto, dexteram statim ab humero decisam, ac signo leonis bellico decoratam habentem manu gladium sepelirent. Hujusmodi tamen regiæ manus sepulturam Eugenio regi Congalli filio, non isti, cronica quædam ascripsit. Arbitrio lectoris, an isti debeat ascribi, vel alteri potius relinquatur.

De successione regum Ferchardi, sui que fratris Donaldi, quem Sanctus Columba benedixit adhuc puer.

CAPITULUM XXXIV.

EJUS enim filiorum major¹ Ferchardus anno Domini DCXXII. principis Heraclii x. in regno sibi successit, & regnavit annis x. Fol 59. a. in cujus nichil actum est tempore memoria dignum. Ejus circa principium regnacionis, magus & pseudopropheta Machometus, Arabes, qui & Sarraceni dicuntur, & populos multos seduxit. Qui vero² Ferchardus, cum in Infula Columbæ sepultus esset, accepit pro eo regnum frater ejus³ Donenaldus Brek, anno Domini DCXXXII. & ejusdem Heraclii xx. & regnavit annis xiv. Idem vero³ Donenaldus adhuc puer ad Sanctum Columbam, sicut tradit Adamnanus, in Infula Dorcete per mercatores adductus est, quem Sanctus intuens Columba percuntatur, inquires, cujus filius est hic quem adduxistis? Illis respondentibus, hic est³ Donealdus filius Eugenii, qui ad te ideo perductus est, ut tua redeat benedictione ditatus. Quem cum continuo Sanctus eum benedixisset, ait, hic post omnes fratres suos superstes erit, & rex valde famosus, nuncquam in manus inimicorum tradetur, sed in senectute, morte placida, suam intra domum, & coram amicorum

1. *Ansea*, Ferthardus. 2. *Ansea*, Ferthardus. 3. *Ansea*, Donevaldus.

¹ familiarumque turba, super lectum morietur, & hæc omnia vera sunt secundum beati viri vaticinium adimpleta. Regis enim anno secundo Northumbrorum rex Edwinus, qui regis Ethelfridi filios supra memoratos è regno pulsit, à Cadwallone Britonum, & Penda Merciorum regibus occisus est. De cujus nece fratres Andefridus, Oswaldus, ac ceteri nobiles, qui decem tunc & septem annis exules mansissent in Scotia, veraci relatione certificati regis accesserunt præsentiam, rogantes, ut, libertate concessa, sibi subsidium quoddam, quo regnum reciperent patris, conferre dignetur gratiose. Rex autem liberam eis recedendi facultatem ac rediundi gratis tribuit: sed & contra Pendam seu quoscumque Saxones subsidium promittens, adversus ² Cadwallonem & Britones, quibus amicicia veri foederis Scotos ad diu conjunxit, omnino renuit adhibere. Ut ³ itaque sui ⁴ marchias salvi pertranseant, non affectione Saxonici generis, sed Christianæ zelo religionis, bellatorum cum eis manum copiosam misit. ⁵ At illi tantis suffulti catervis, paternum intrantes regnum, libenter ab incolis recepti sunt, ac eorum major Andefridus mox in regem coronatur Berwiciorum. Regnum quoque Deirorum eo tempore Ofricus ab Episcopo Paulino baptizatus suscepit; nam Northumbriæ

1. *F.* Familiariumque. 2. Cadwellonem *MS.* 3. *L.* itaque regni sui, *cum MS. Harl.* 4. Monarchias *Ed. pr.* 5. *Antea,* ac.
 regnum

regnum in duabus tunc regionibus Berwiciis & Deiris divisum est. Qui quidem reges Andefridus & Ofricus utcunque regna¹ receperant, fidem abnegantes Catholicam, serviendum ydolis redierunt.

*De eodem Oswaldo, & electione Sancti Aidani
ad Saxones convertendos.*

CAPITULUM XXXV.

BEDA. Toto quidem tempore quo regnavit Edwinus, filii præfati regis Ethelfridi, cum magna nobilium juventute, apud Scotos exulabant, ibique ad doctrinam Scotorum² catechizati, & baptismatis sunt gracia³ recreati. Qui, ut mortuo rege inimico patriam sunt redire permitti, & eorum primus Andefridus regnum Berwiciorum accepit, Ofricus, ut supra, regno præficitur Deirorum; qui uterque rex, ut terreni regni fortitus est infulas, Sacramenta regni cœlestis⁴ anamatizando perdidit, & se priscis ydolatriæ sordibus polluendum restituit, ac perdendum. Nec mora regem utrumque Cadwallo rex Britonum impia manu, sed ulcione Dei justa, peremit. Deinde cum anno integro Northumbrorum provincias possideret Sanctus Oswaldus, post occisionem fratris cum parvo superveniens exercitu, sed Christi fide

Beda.

Fol. 59. b.

1. Reciperant *MS.* 2. Cathesizati *MS.* 3. Renati *MS. Harl.*
4. Anathemizando (*pro* anathematizando) in *MS. Harl.*

munitus,

Johannis de Fordun

munitus, ipsum regem ¹ Cadwallonem cum im-
 mensis copiis interemit. Est autem locus pu-
 gnæ juxta murum illum qui vocatur Thirwall,
 ad Aquilonem, quo Romani quondam, ob ar-
 cendos Scotorum impetus, totam à mari ad mare
 præcinxerunt Britanniam. Idem rex Oswaldus
 ubi regnum suscepit, desiderans totam, cui præ-
 esse cœpit, gentem fidei Christianæ gracia im-
 bui, misit ad majores natu Scotorum, inter quos
 exulans ipse baptismatis Sacramenta cum hiis
 qui secum erant militibus consecutus erat, pe-
 tens, ut sibi mitteretur antistes, cujus doctrina
 gens, quam regebat, Anglorum Dominicæ fidei
 dona disceret, ac susciperet Sacramenta. Nec
 aliquanto tardius quod petiit impetravit. Mis-
 sus est igitur ad prædicandum primo vir qui-
 dam ² hausterus animo, qui cum aliquamdiu
 genti prædicans Anglorum nichil proficeret,
 patriam rediit, & in conventu seniorum retu-
 lit, quod nichil prodesse docendo genti, ad
 quam missus erat, potuisset, ³ & quod essent
 homines indomabiles & duræ mentis. At illi
 tractatum magnum in consilio, quid esset agen-
 dum, habere cœperunt, desiderantes quidem
 genti, quam petebant, saluti esse, sed de non
 recepto, quem miserant, prædicatore dolentes.
 Tunc ait Sanctus Aydanus, nam & ipse consilio
 intererat, ad sacerdotem eum, de quo agitur,

*Sanctus
Aydanus.*

1. Cadwellonem *MS.* 2. Sic *MSS.* pro austerus. 3. Eo quod
MS. Harl.

videtur

videtur michi, frater, quia durior justo indoctis auditoribus fuisti, & non eis, juxta Apostolicam disciplinam, primo lac doctrinæ mollioris porrexisti, donec paulatim enutriti verbo Dei, ad capienda perfectiora, & ad facienda sublimiora Dei præcepta sufficerent. Quo audito, universi, qui consedebant, ad ipsum oculos & ora convertentes, diligenter, quid diceret, discuciebant, & ipsum esse dignum Episcopatu, ipsum ad erudiendos incredulos mitti decernunt & indoctos.

De prædicatione Sancti Aydani, & morte Sancti regis Oswaldi.

CAPITULUM XXXVI.

ITAQUE BEDA. Accepit ergo Sanctus Oswaldus Sanctum Pontificem Aydanum, sum- *Beda.*
Fol. 60.a.
mæ mansuetudinis, & pietatis, ac moderaminis virum, habentem zelum Dei, cui locum sedis Episcopalis in Insula Lindisfarnensi, ubi ipse petebat, tribuit, atque ejus ammonicionibus humiliter ac libenter in omnibus ¹ auscultans, Ecclesiam Christi in regno suo multum diligenter ædificare, ac dilatare curavit, ubi pulcherrimo sæpe spectaculo contigit, ut, ² evangelizante antistite, qui Anglorum linguam perfecte non noverat, ipse rex suis ducibus ac ministris interpretis verbi existeret coelestis, quia nimirum tam longo exilii sui tempore linguam Scotorum

1. Auscultans *MS.* 2. Ewangelizante *MS.*

jam plene ¹ didicerat. Exinde coeperunt plures per loca indies de Scocia venire Britanniam, atque illis Anglorum Provinciis, quibus regnavit Oswaldus, magna devocione ² verbum fidei prædicare, & credentibus gratiam baptismi, quicumque Sacerdotali erant gradu præditi, ministrare. Construebantur ergo Ecclesiæ per loca, confluebant ad audiendum verbum Dei populi gaudentes, donabantur munere regio possessiones & territoria ad instituenda monasteria, imuebantur præceptoribus Scotis parvuli Anglorum una cum majoribus; studii & observacionis regularis disciplinæ inter alia vivendi documenta, sanctus antistes saluberimum abstinentiæ, ³ vel continentiæ, clericis exemplum reliquit, cujus doctrinam id maxime commendabat omnibus, quod non aliter quam vivebat ipse cum suis docebat. In tantum vita illius à nostri temporis segnicie distabat, ut omnes, qui cum eo incedebant, vel attonsi vel laici meditari deberent, id est, aut legendis Scripturis, aut Psalmis ⁴ dicendis operam darent. Anno ⁵ quidem regis Donaldi xi. idem Sanctus rex Oswaldus à Penda rege Merciorum occisus est, & illi frater ejus Oswius successit; hic etiam à Scotis in fide Catholica doctus & baptizatus est. Eodem an-

1. Didicerat *MS.* 2. Verbum Dei fidei *Ed. pr.* Et sic quidem primùm in *MS.* Sed Dei delevis eadem manus. Neque exstat in *MS. Harl.*
 3. Et pro vel in *MS. Harl.* 4. Sic *MSS.* At discendis in *Ed. pr.* quo modo etiam in *Bedeæ Codd. excusis.* 5. Sic emendavi. Quidam *MS.* mi etiam *Ed. pr.*

no moritur Eraclius Imperator, & Constantinus filius ejus substituitur, ac imperii sui quarto mense à noverca sua Martina, & Pirro Patriarcha, veneno extinctus est: Martina deinde cum filio suo Heraclona imperium arripuit. Verum Heraclonas post annum ¹ absciso naso, & Martina mater ejus abscisa lingua exulantur, & Constantinus, qui & Constantinus, filius Constantini prædicti, cepit imperium anno Domini DCXLIV. regnavit annis XXVI.

De successione regis Ferchardi, & Sanctis Finano, Furseo, Foilano & Ulcano.

CAPITULUM XXXVII.

ANNIS autem in regno completis quatuordecem Donaldus moritur, & nepos ejus ² Ferchardus Fode, filius ³ Ferchardi, promotus ad regni regimen coronatur. Regnare coepit anno Domini DCXLVI. Constantis ejusdem, qui & Constantini, tercio; regnumque XVIII. tenuit annis, & in pace toto tempore rexit. Anno regni sui sexto Sanctus Episcopus & doctor Anglorum Aydanus, postquam Episcopatum Northumbriæ septemdecem annis gloriose rexisset, migravit ad Dominum. Et Sanctus Finanus eciam Scotus illi succedens, ^{Sanctus} decem annis regebat, à quo, statim post suum ^{Finanus.}

1. Abscisso, & mox abscissa, *Ed. pr.* 2. *Antea*, Ferthardus.
3. *Antea*, Ferthardi.

*Johannis de Fordun**Sanctus
Furſeus.**Sanctus
Foilanus.
Sanctus
Ulcanus.*

ibidem adventum, mediterraneorum Anglorum rex Peada, filius Pendæ, baptizatus est, cum omnibus qui secum venerant comitibus ac militibus, ¹ earumque familiis universis. Ejusdem regis circa regnacionis principium Sanctus Furſeus, de cujus parentibus dictum superius est, virtutibus plenus emicans, de Scotia pro Christo peregrinacionem aggressus, ad Gallias usque pervenit, & à rege Clodoveo filio Dagoberti susceptus, honorifice Laciniacum Coenobium fundavit: quem non multo post fratres sui Sanctus Foilanus & Sanctus Ulcanus, pari peregrinandi voto secuti per Gallias claruerunt. E quibus Foilanus dono Gertrudis virginis Fosseuse postea monasterium fundavit, ubi etiam & ipse martirio coronatus quiescit. Ejus itaque temporibus Dido, Pictavenſis Episcopus, ad regem in Scotia missus est exul, quem honorifice susceptum aliquanti temporis spacio secum retinuit, postea vero prædicto regi Clodoveo, ipsum ad gratiam repetenti, remisit.

De Sancto Colmanno & ejus prædicatione, & de suo reditu in Scotia.

CAPITULUM XXXVIII.

*Sanctus
Colmannus.*

DEFUNCTO quidem anno regis ² Ferchardi decimo sexto Sancto Finano Episcopo, successit Sanctus Colmannus, etiam à

1. Potius, eorumque, cum MS. Harl. 2. Ansea, Ferthardi.

Scotis missus & ordinatus, sed nisi tribus annis officium ibidem exercuit; nam Anglorum, qui litterati fuerant, ferre non valens invidiam, Episcopatu relicto ad patriam remeavit. BE-*Beda.*
D A. Colmannus autem cum tribus annis genti Northumbriæ præfuisset antistes, assumens secum partem ossium Sancti patris Aydani Scociam reversus est; quantæ autem parcimoniæ, cujus continenciæ fuerit ipse cum prædecessoribus suis, testabatur locus ille quem regebant. Erant ibidem eo tempore multi de nobilibus Anglorum, simul & mediocrum, qui tempore Colmanni & Finani Episcoporum, relicta patria, vel divinæ lectionis, vel ² de continencioris vitæ gracia illo secesserant. Et quidam mox se monasticæ conversacioni fideliter manciparunt, Fol. 61.a.
 alii magis circuiendo per cellas lectioni magistrorum operam dabant. Quos omnes Scoti libentissime suscipientes victum eis sine precio cotidianum, atque libros ad legendum, gratuitumque magisterium præbere curabant. Interea Colmannus, qui de Scocia venerat, relinquens Britanniam, iterum rediens ad Scociam, tulit secum, quos congregaverat, Scotos, & Anglorum gentis viros triginta circiter, qui monachicæ conversacionis studiis erant imbuti, cum quibus ad Insulam, quæ dicitur Hy Bofynd, non procul ab Hibernia secreta, perveniens, inibi monasterium construxit, & monachos utriusque

1. *Antea*, transvecti fuerant. 2. *Tò de abesse malim cum MS. Harl.*

nacionis, quos adduxerat, in eo collocavit: qui cum invicem concordare non possent, monasterium aliud in loco, qui Mageo nominatur, constituit, ac, relictis in priori Scotis monachis, Anglos ibidem consistere per femet ordinavit.

De numero regum Anglorum, quos Episcopi Scoti baptizabant, & Episcopis —

CAPITULUM XXXIX.

PER hos ergo sanctissimos viros agentibus Scotorum regibus, ac cleri majoribus, Episcopos Aydanum, Finanum & Colmannum, sive per se, sive per alios, quos ipsi consecratos Anglis dederant Episcopos ac Sacerdotes, cum aliis doctoribus, regna quatuor, viz. duo Northumbrorum, ¹ Merciorum, Midilanglorum, & media pars regni Saxonum Orientalium, usque Thamensis pene fluvii ripam, ad Christum conversa sunt, ac eorum reges cum indigenis in nomine Sanctæ Trinitatis baptizati, necnon operibus fidei docti fideliter & informati. Primus namque rex Anglorum à Scotis baptizatus ² Eandfridus extitit, quamvis ad idola, velud ad vomitum canis, redierat. Ejus itaque frater Sanctus rex Oswaldus, quo, ut supra, postulante, fides Catholica Northumbris à beato Aydano prædicatur. Rex eciam Ofwyus, Oswaldi frater, ac ejus in regno successor. Rex itaque

1. Marciorum *MS.* 2. *Antea*, Gaudfridus.

Deirorum Ofwinus, quem à propriis hominibus proditum idem Ofwius interfecit. Midilanglorum rex Peada, filius Pandan, cui datus est Episcopus ¹ Dwyma Scotus, ut ipsis Midilanglis præflet simul & Merciorum populis; nam Sacerdotum paucitas unum cogebat antistitem duobus populis duarum præfici regionum; sed Orientalium Saxonum, qui fidem expulso Melito nuper abjecerant, rex Sigberthus, cui pro docendis gentibus Cedda mittitur Episcopus, à quo siquidem rex Swythelmus, ejusdem Sigberti successor, baptizatus est. Episcoporum namque Scotorum primus fidem Anglis prædicantium Sanctus fuit Aidanus, cui ² discedenti Sanctus successit Finanus, & huic Sanctus Colmannus, cui Scociam revertenti Cuda successit, Episcopus rite per Scotos ordinatus: Midilanglis equidem atque Mercii Episcopabat primo ³ Dwima Scotus, deinde post ejus obitum successit ⁴ Ceolachus eciam Scotus, cui postmodum ad Scociam reverso successit Trumhery, & ⁵ huic Jarmnan, ambo quidem Anglicæ nationis, sed Fol. 61. b. à Scotis edocti pariter & ordinati.

1. *Antea*, Dwynea. 2. Decedenti *MS. Harl.* 3. *Antea*, Dwina. 4. *Antea*, Ceolatus. 5. *Antea*, hinc.

*De successione Maldwyny regis, & Episcopo Cuda
succeedente post Colmannum.*

CAPITULUM XL.

POST QUAM igitur ¹ Ferchardus obisset, Maldewynus, Donaldi regis filius, ad apicem accessit regni, post incarnationem anno DCLXIV. Imperatoris Constantini XXI. Quo videlicet anno Sanctus rediit ad Scociam Colmannus, & illi Cuda successit: per omne vero tempus prædicationis Scotorum in Anglia, firma pax atque communio sine strepitu contentionis habita fuit; demum cum ² propriæ nationis Anglorum clerus, doctrina maxime Scotorum multiplicatus, crevisset, ingratus omnino sanctis doctoribus indignari cœpit, & occasiones multas & varias acquirere, quibus eos redire Scociam cogeret, aut intolerabile quod eis impositum onus fuerat, sustinere. Unde de ³ cetero viginti quibus Maldewinus regnavit annis, nulla seu rara pax inter regna contigit, sed eruptiones eruptionibus hinc inde vastando ⁴ quasi continue succedebant; nullum ⁵ tamen bellum de quo memoria fieret hiis actum temporibus, neutrorum cronicis reperitur. Ejus autem anno quinto mortalitas hominum gravissima totam Europam horribili clade premebat. ADAM-

1. *Antea*, Ferthardus. 2. *Propere* Ed. pr. 3. *Ceteris MS. Harl.*
4. *Quidem pro quasi in Ed. pr.* 5. *Antea*, tum pro tamen.

NANUS hujus cladis ¹ mencionem faciens ait, de mortalitate, quæ nostris temporibus orbem terrarum bis ex parte vastaverat, majori tacendum minime videtur. Nam, ut de ceteris taceam lacioribus Europæ regionibus, hoc est, de Italia ipsaque Romana civitate, & Cisalpinis Galliarum Provinciis, Hispanis quoque Pirenæi montis interjectu ² determinatis, Oceani Insulæ per totum, Hibernia videlicet & Britannia, binis vicibus hac dira pestilencia vastatæ sunt, exceptis duobus populis, Scotorum viz. & Pictorum, inter quos dorsus Britannici montes utroque ³ determinant. Et quamvis utrorumque populorum grandia non desint peccata, quibus ad iracundiam æternus plerumque provocatur judex, utrisque tamen pacienter ferens ipse misericors hucusque pepercit. Anno regis septimo Constans Imperator, qui & Constantinus, in balneo per suos occisus est, atque Mezencius Armenus creatus est Imperator à militibus; sed non multo post ejusdem Constantis interfecti filius, nomine Constantinus, Heraclii Fol. 62. a. pronepos, purpuram suscepit, & Mezencium cum interfecto patris sui morte turpissima peremit. Coepit anno Domini DCLXX. & imperavit annis XVII. cujus anno XIV. rex obiit Maldwinus, & in Insulis in Ecclesia beati Columbæ sepultus est honorifice.

1. Mentionem MS. 2. Determinantis MSS. 3. Discriminant Ed. pr.

*De fuga Cadwaladri novissimi regis Britonum ex
Britannia, & causis quibus dejecit eos Deus à
regno.*

CAPITULUM XLI.

HIS etenim temporibus ultimus rex Bri-
tonum in ¹ Britannia Cadwalladrus, fi-
lius Cadwallonis memorati superius, obiit. Hunc
Galfridus. Cadwallonem GALFRIDUS in Britonum ge-
stis, non, ut in Bedæ seu ceterorum Anglorum
docetur cronicis, ab Oswaldo tradit occisum,
sed ipsum econtra præcipuum Oswaldi fuisse
persecutorem usque ad mortem, longeque post
ejus vixisse decessum, ac morte propria, cum
XLVIII. regnasset annis, lecto vitam terminasse.
Verum, sicut in hiis & multis aliis expertum est
Britonum gestis & Anglorum, in tantum sua
sæpius discordant Poëtarum scripta quantum
& populi, quorum voluntates adeo contrariæ
noscentur, ut nisi coactus, neuter id minime
quod alter velit. Hic locus exigit discidium
notare gentis Britonum, ut eorum civilis assi-
dua contencio, vilium flagiciorum delectacio,
divini cultus omissio, novorum electionis re-
gum præsumpcio, sed & ² verorum despectio, qui-
bus regnum amiserant, nobis continue cedant
& ceteris gentibus in exemplum. Suscepto
quoque regno pro patre Cadwaladrus, post duo-

1. Britanniam *Ed. pr.* 2. *Annea*, virorum.

decim annos, prævalentibus quotidie Saxonum irrupcionibus, urgenteque gravissima prædictæ mortalitatis clade, fugit è Britannia, flens & ejulans, hiis verbis aut similibus lamentando ; Dedisti nos, Domine, tamquam oves escarum, &c. nobis peccatoribus væ ! nobis, ob immania scelera quibus Deum offendere nequaquam dif- fugimus, dum pœnitentiæ spacium habuimus ; idcirco nobis ejus potestatis incumbit ulcio, quæ nos à natali solo pellere festinat, quos nec olim Romani, nec Scoti ¹ vel Picti, nec versutæ prodicionis poterant Saxones, qui semper pro- dicionem facere, nec firmam ulli fidem consue- verant retinere: sed in vanum super eos pa- triam recuperare nitimur, cum divina non fu- erit voluntas, ut in ea diucius regnaremus. Ipse vero justus judex, cum nos à nostris sceleribus velle nullatenus cessare vidisset, indignacionem suam nobis² inmisit, ut indignos³ corriperet, qui nostris, proth dolor ! demeritis à patrio regno catervatim, velud inutiles arborum rami ligati fasciculis, ex vineis deicimur, cunctis⁴ monstrum gentibus & exemplar, ne tantis Deum irritent flagiciis in futurum. Quo misera gens, quonam civilium bellorum tuæ contenciones abierunt & rixæ⁵ quibus ipsa tuam dulcissimam Britannia regionem adnichilare non omisisti: ex⁵ altra quidem mentitæ fidei Saxones ipsam nunc oc-

1. Nec pro vel in *MS. Harl.* 2. Invisit *Ed. pr.* 3. *Antea*, corri- pit. 4. Monstra *MS. Harl.* 5. *Sic.*

cupatam adeo retinent, ut nec in ea te bellis extraneis uti volunt aut civilibus. Quid igitur ociosa gens, ymmo ¹ vere gens ociosa, quid facies? non habes unde modo civilia valeas gerere bella, nec extranea ² potes exercere. Tu namque proelia semper civilia ³ ficiens, in tantum ⁴ intrinsecis te debilitasti motibus, quod patriam, aut conjuges, aut filios, aut, quod ⁵ majus est, libertatem tueri nequeas ab inimicis: heu! tarde nimis ⁶ Evangelicum illud intellexeras! Omne regnum in seipso divisum &c. sed hanc modo clausulam experientia docente verissimam esse didicisti. Nam desolatum ideo cernis regnum tuum, & ab impiissimis paganis occupatum, quia civilis discordiæ furor, & ⁷ livoris fumus tuam hebetavit mentem, & quia tua superbia nullatenus uni, seu vero regi, debitam ferre permiserat obedienciam, cernis domos ejus super domos ruentes, ac lænæ barbaræ catulos, ejus opida, civitates, & ceteras à te tuas eripere possessiones, à quibus adeo miserabiliter es expulsa, quod prioris tuæ statum dignitatis vix aut nuncquam recuperabis.

1. *Anlea*, vero. 2. Potens *Ed. pr.* Poteris *MS. Harl.* 3. Ciciens *MS.* 4. Intrinsecis *MS.* 5. Magis *MS. Harl.* 6. Euangelicum *MS.* 7. *Anlea*, timoris.

De eisdem causis, & Britonum futuro reditu per Angelum prophetato, & quibusdam propheciis.

CAPITULUM XLII.

EX Britannia vero Cadwaladrus fugiens, ad Minoris Britanniae regionem venit, ubi dum per aliquod tempus manens redire Britanniam proponeret, intonans ei vox angelica praecepit, ne quod mente conceperat perficeret. Quia Deus, inquit, ad praesens gentem tuam in Insula Britanniae diucius regnare non velit, antequam fatale tempus advenerit: tunc enim propter fidei meritum Britones sunt regnum adepturi, nec id tamen tempus futurum sperent, priusquam tuis potiti reliquiis, illas ex Roma Britanniam asportabunt. Hæc autem audiens ab angelo, Romam adiens ibidem defunctus est. MERLINUS Ambrosius de re-*Merlinus.* ceptione regni Britonum sic prophetatur; Cadwaladrus vocabit Conanum, & Albaniam in societatem accipiet, tunc erit strages alienigenarum, tunc flumina sanguine manabunt, tunc erumpent montes ² Armorici, & Bruti diademate coronabuntur &c. Porro filius ejus Inor & nepos Yny, nunc Wallia nunc Scotia recepti, collectis navibus, inquietacione saevissima regnum Britanniae per multos annos affecerunt.

1. Acer pro autem in Ed. pr. 2. Antea, armoria.

Ab hoc autem tempore, circiter viz. annum Domini DCLX. Britannia vocabulum amittens¹ pristinum, ab Anglorum gentibus nomen modernum Angliam assumpsit. Quod nomen exponens *Beda* scripsit; porro de Anglis, hoc est, de populis venientibus ex² patria Germaniæ, quæ dicitur Angulus, Anglorum ceteræ Fol. 63. a. gentes nomen habent. ³ Dispersi siquidem Britones, quidam regnum petebant Armoricum, quidam Gallias, & quidam eorum Scociam, nunquam ad propria reversuri, quidam autem Walliam; propriæ regionis in extremis finibus miseram cum libertate potius ibidem eligunt vitam⁴ transigere, quam hostium subici dominio servitute. Durissima quoque servitutis est cuique condicio, naturali patria famulari servus,⁵ qua dominari soleat libertate.

De successione Eugenii quarti, & Eugenii quinti, & Sanctis Cuthberto & Adamnano.

CAPITULUM XLIII.

DEFUNCTO rege Maldwino nepos ejus successit Eugenius quartus, filius Dongardi, filii Donaldi Brek, & regnavit annis tribus. Coepit autem anno Domini DCLXXIV. Imperatoris Constantini xv. Regis autem anno

1. Prestinum *MS.* 2. Partibus *pro patria in MS. Harl.* 3. Disperse sic quidem *MS.* 4. Transigere *MS.* 5. Qui dominari solet mera libertate *MS. Harl.*

secundo Sanctus Cuthbertus ordinatus est Epi-^{Sanctus}scopus, tercio loco post Sanctum Colmannum^{Cuthbertus.} Scotum, de quo dictum est supra. Eodem anno Northumbrorum rex Egfridus à Scotis occisus est. BEDA. Rex Egfridus, cum temere ad va-^{Beda.}standam¹ Scotorum Provinciam exercitum duxisset, ² multum prohibentibus amicis, & maxime beatæ memoriæ ³ Sanctus Cuthbertus, qui nuper fuit ordinatus Episcopus, introductus est, simulantibus fugam hostibus, in angustias inaccessorum moncium, & cum maxima parte copiarum, quas secum adduxerat, est extinctus. Ex quo tempore spes cœpit & virtus Anglorum regni fluere, & retro sublapsa referri: nam & Picti terras possessionis suæ, quas tenuerunt Angli, & Scoti qui fuerunt in Britannia, Britonum itaque pars nonnulla receperunt. Huic Eugenio post mortem etiam Eugenius quintus successit, anno Domini DCLXXXVII. Imperatoris etiam Justiniani secundi, qui ⁴ patri Constantino successit, primo, & imperavit annis x. regnavit ⁵ autem rex itaque x. annis. Iste Eugenius filius erat ⁶ Ferchardi Fode, & omni tempore suo pacem cum Anglis habuit, cum Pictis vero bellum treugis paulatim interceptis. Nam ejus tempore regnavit in Northumbria rex Alfridus, frater nothus Egfridi prædicti, non ta-

1. Pictorum *MS. Harl.* 2. Multis *MS. Harl.* 3. Sic *MSS. Antea*, Sancto Cuthberto. 4. Pariter *pro patri in Ed. pr.* 5. Autem & rex x, annis *MS. Harl.* 6. *Antea*, Ferthardi.

*Sanctus
Adamnanus.*

men eisdem terminis quibus frater regnum tenuit, qui non paucis annis in Scotia & Hibernia ¹ discendo literis curam dedit, ² ubi crebra conversatione regi fuit Eugenio notissimus, & ideo firmam alterutris pacem regnorum servabant in marginibus. Ejus itaque temporibus virtutibus pollens & miraculis Sanctus Adamnanus Scotus floruit, per omnem enim Insulam, eo regnante, tam Scociam quam Britanniam, sanguinea pluvia per septem dies desuper effluxit, ac versa sunt in sanguinem omne lac pariter & butirum.

De successione Amrykyleth & ejus morte, & de Sancto Chiliano.

CAPITULUM XLIV.

Fol.63. b. **R**EGNUM discedens Eugeni-
us, pace cum Pictis & Anglis firmata, suo successori reliquit Amrikelleth, filio Findan, filii Eugenii quarti; qui cum coronatus fuisset eodem anno Domini DCXCVII. bellum adversus Pictos inconsulte, pacis soluta condicione, paravit. Nec ³ ipso plene nondum anno completo, in terris eorum prima profectioe condenforum abdita lustrando nemorum, exercitus sui pluribus sagittatis, ipse rex ictu sagittæ vulneratus subito rediit, ac decimo die post vulnus acceptum moriens, Eugenio fratri regni sedem evacuavit.

1. *An*, discendis? 2. Unde *MS. Harl.* 3. *Antea*, ipse.

Eodem anno apud Wirziburgh castrum ostio Franciæ, Sanctus ejusdem Episcopus Chillianus ^{Sanctus} Scotus, cum suis discipulis Clolomano & ^{Chillianus.} ¹ Cholmanno, clam martirizantur à Geylana, uxore Gothberti principis, quæ timebat separari à viro suo, arguente eum Chilliano, quod eam uxorem ² quondam fratris ejus eciam ipse uxorem haberet: quorum mors cum apud omnes diu lateret, Geylana & percussoribus à dæmonio arreptis, eorum confessione divulgata est. Ipso siquidem anno cum Imperator Justinianus, ut dictum est, decem annis regnasset, insurgens in eum Leo Patricius, & eum regno privans & naso relegavit. Sed anno deinde post sumptum imperium peracto, Tiberius ab imperio Leone pulso, carcereque truso, sibi nasum decidit, ac annis septem imperavit. Deinde Justinianus auxilio Crebellis Bulgarorum regis imperium iterato recepit, atque Thiberium & Leonem jugulavit. Tantam in adversarios ulcionem exercebat, ut quociens ab exciso naso defluentem reumatis guttam detergeret, pene tociens aliquem conspiratorum jugulari ³ præcepit. Ipsum vero, filiumque suum Thiberium, postquam septem annis secundo regnasset, ⁴ Philippus pariter interficiens, anno uno cum ⁵ dimidio regnavit. In eum insurrexit Anastasius, & illum oculis privans ab imperio pulsit, quem utique

1. *Antea*, Colmanno. 2. Quondam *MS.* 3. Sic *MSS.* f. pro præceperit. *Antea*, præciperet. 4. Philippitus *MS.* 5. Dimedio *MS.* post

post duos annos Theodosius ab imperio depositum presbiterum ordinans, regnavit anno uno. Hunc etiam Leo tercius ab imperio deposuit; qui post factus clericus vitæ residuum in pace peregit. Sicque per viginti unum annos imperium Romanum cunctis fuit ¹ ridiculum etiam infidelibus.

De successione Regum Eugenii sexti & Murdaci, & statu tunc temporis in Britannia.

CAPITULUM XLV.

SEXTUS Eugenius, filius Findan supradictus, Amrikeleth fratri succedens, regnavit annis xvii. Coepit enim anno Domini dcxcviii. Leonis Patricii secundo. Erat autem rex humilis & modestus, pacificum potius transigere tempus quam bellicum eligens, feras etiam
 Fol. 64. a. & aves inquietare malens, quam homines: omnis vero vicinæ nationis sagaci quodam ingenio favorem pariter & amorem alliciens, propriumque regnum continuis regendo legibus adornans, tranquillam feliciter vitam terminavit: cujus post mortem apud Loarno funus ejus allatum, ad Insulas patrum in ² tumultu sepelitur. Cui Murdacus nepos ejus ex Amrynkeleth fratre succedens, eadem pace qua patruus prædecessor regnum rexit, sed eodem seu tanto favore nullatenus vicinorum. Regnare vero cœ-

1. Rediculum *MS.* 2. Tumilo *MSS.*

pit anno Domini DCCXV. & regnavit annis XV. Eius tempore regnacionis BEDA Venerabilis, nacionum tocius Albionis Insulæ statum in suis novissimis scribens cronicis, sicut sequitur annotavit. Hoc, inquit, tempore Pictorum nacio foedus habet pacis cum Anglis, catholicæque veritatis ac unitatis, cum universali Ecclesia particeps gaudet existere. Scoti, qui Britanniam incolunt, suis contenti finibus, nichil jam infidiarum contra gentem Anglorum moliuntur. Britones quoque, quamvis ex maxima parte gentem Anglorum odio sibi domestico moribus impugnent improbis, tamen & divina sibi & humana prorsus resistente virtute, in neutro possunt optinere propositum. Quippe qui, quamvis ex parte sui sint juris, nonnulla tamen ex parte Anglorum sunt servicio mancipati, quæ res quem finem sit habitura posterior ætas videbit. Anno Murdaci ultimo circa solem apparuerunt duæ Cometæ, multum intuentibus terrorem incuentes, una quippe solem præcedebat mane Orientem, altera vespere sequebatur Occidentem, diræ cladis præfagæ, una diei, altera noctis præcurrebat exortum, ut mala mortalibus imminere signarent. Portabant faciem ignis contra Aquilonem, quasi ad accendendum adclinem, apparebant autem mense Januario, & duabus ferme septimanis permanebant.

Beda.

1. Nocti MSS. 2. *Ansea*, adclivem.

¹ *De successione trium regum," Ethfyn, Eugenii & Fergusii, & ejus morte per reginam.*

CAPITULUM XLVI.

ANNO quoque Domini DCCXXX. Leonis ter-
 cij, qui Theodosium ab imperio depo-
 suit, decimo tercio, Murdaco successit Ethfyn,
 filius Eugenii sexti, & regnavit annis xxxi. vir
 regię ² sublimitatis honore dignus, pace votiva
 pro parte ³ regnacionis suę majori fruens, ulti-
 mis tamen diebus à Pictis bellum habuit. Ejus
 anno secundo, vel, ut volunt quidam, anno
 quinto, Beda Venerabilis obiit. Ejus anno
 duodecimo Sanctus ⁴ Eucherius Aurelianensis
 Episcopus in oracione positus, ad alterum secu-
 lum raptus est, qui, inter cetera quę vidit, con-
 spexit Carolum patrem Pipini regis in inferno
 torqueri, quia res Ecclesiarum ab eis separavit
 atque divisit, & propter hoc solum dampnatus
 est. Anno decimo tercio Leoni successit filius
 ejus Constantinus, & imperavit annis xxxv.
 Anno xxi. Franci Pipinum regię domus majore
 autoritate Zacarię Papę regem constitu-
 unt, Hilderico rege in monasterio tonsorato :
 deinde benedictus est rex Pipinus à Sancto Ste-
 phano Papa, & filii ejus Karolus & Caroloman-
 nus, & filia Sigilla, ⁵ Parisius, inter sacra missa-

1. *E summaris.* 2. *Sullimitatis MS.* 3. *Renacionis MS.* 4. *E-leutherius MS. Harl.* 5. *Antea, Parisiis.*

rum solempnia, præcipiente Sancto Petro & Sancto Paulo, beatoque Dionisio. Post Ethpyn septimus Eugenius, filius Murdaci, quadam tamen cronica dictus est ¹ Nectanius, regni coronam fortitus est, anno Domini DCCLXI. Imperatoris Constantini vicesimo, regnavitque duobus annis. Et illi successit Fergusius filius Ethfyn anno Domini DCCLXIII. & Imperatoris prædicti vicesimo secundo, atque regnavit annis tribus. Ipsum ab uxore regina, nimium in ipso zelata mulierum concubinato, veneno fuisse ² perhibetur extinctum. Quod ipsa postmodum confitendo palam, quamvis à nemine 'de tali facto suspicaretur, cum regis defuncti corpus inspiceret, clamore lugubri laniando ³ crines in hæc seu similia verba prorupit: O miserrima mulierum, & omni fera crudelior, vilissima prodiatrix, quid fecisti? Nonne, Dominum tuum regem conjugem, amantissimum virorum omnium, & supra mulierum amorem formosissimum, quem solum præ cunctis viventibus intimo cordis amore dilexeras, prodicionis sævissimo genere, nec in hoc aspidi multum dissimilis, libidinoso furore ⁴ stimulata nequiter occidisti? Non enim hoc flagiciosum nephas impunitum erit, vindicabor certe de me ipsa. Igitur & tu maledicta manus, quod ⁵ domino tuo nuper ⁶ amatori dulcissimo propinasti poculum, hoc idem

1. *Antea*, Nectavius. 2. *Antea*, prohibetur. 3. *Antea*, carnes.
4. *Stumilata MS.* 5. *Antea*, divino. 6. *Amatoris MS.*

vel amarius audacter, & ori meo festina præ-
 pares, nec omittas. Deinde postquam ¹ leta-
 lem hausisset liquorem, statim infert; nec ista
 michi malificæ pocio pœna, quasi talionis,
 tantum committenti scelus sufficere debeat;
 ymmo caballorum alligata trahi caudis ad sus-
 pendium, atque spinarum incendiis hoc cor-
 pus nephandum in cineres vento dispersos con-
 cremari. Et hiis dictis pugione, quem præme-
 ditata paraverat, accepto, manu coram astan-
 tibus in locum cordis subito seipsam transfi-
 gebat.

Fol. 65. a. *De successione Selwalchii, & de magno rege Karolo.*

CAPITULUM XLVII.

SUCCESSOR autem Fergusii Selwalchius,
 filius Eugenii, filii ² Ferchardi regnare
 coepit anno Domini DCCLXVI. & ejusdem Impe-
 ratoris vicesimo quinto, sed & regnavit annis
 XXI. Regni sui diebus cum Pictis pacem & An-
 glis habuit, quamvis & hii simulatibus inter se
 domesticis utebantur. Illi quidem Angli, viz.
 Northumbrenses, quorum regio Scociæ propin-
 quius adjacet, suorum miserabiliter cædibus re-
 gum & proscriptionibus operam dabant affi-
 duam, ut infra clarius patebit; eciam ipse rex
³ in hers & remissus, ocium longe bello ⁴ præ-

¹ Lethaliter hausit *Ed. pr.* ² *Antea*, Ferthardi. ³ *Sic MSS.*
⁴ Proposuit *antea*.

posuit,

posuit, non ad reipublicæ augmentum prospiciens, sed omnia delabi misera seignicie¹ permisit. Verum si populus uterque Scotus & Pictus, ut creditur, ipso fatali tempore mutuo fidem, ut solito, servasset & pacem, eciam si sola gens Scota sub belligero conducta principe, iusta dico belli concurrente causa, Northumbros armis impetisset, cunctas Albanix regiones olim proprias, ab eis eripere proculdubio potuisset. Nichil tamen actum est in adversarios eo tempore, de quo digne memoria fieret, præter eruptiones quasdam, quæ sub miliciæ ducibus raro fiebant & plebeis. Anno quoque regni sui quarto Karolus, qui pro felicitatis & gestorum magnitudine dictus est Magnus, & frater ejus Carolomannus, patri Pipino successerunt, quos ex Berta, Cæsaris Heraclii filia, genuit. Carolomanno quoque post biennium mortuo² Pipino, totum possessione regnum patris Karolus accepit, quod & in duplo quam pater habuerat ampliavit. Anno quoque duodecimo, Christi viz. DCCLXXVII. Leo, Constantini filius, imperium patris accepit, & imperavit annis quinque. Cujus post mortem successit Hyrene, mulier magni cordis, cum filio suo Constantino, & rexit imperium annis pene decem. Coepit anno Domini DCCLXXXII. Morte vero tranquilla rex apud Innerlochy discedens, cum patribus in Insula requiescit.

1. Promisit MS. 2. Deest Pipino in Ed. pr.

*De successione regis Achai, primam cum Francis
 1 confæderacionem facientis, & ejus causa, & de
 egregio milite Gilmerio Scoto.*

CAPITULUM XLVIII.

ET illi successit Achaius filius Ethfyn, anno Domini DCCLXXXVII. tunc ² imperantis Hyrene, filii quoque sui Constantini sexto, & regnavit annis xxxii. Ejus, ut ³ creditur, frater *Gilmerius.* erat egregius ille miles Gilmerius Scotus, qui *Fol. 65.b.* diu Karoli regis obsequio contra crucis Cristi strenue militabat hostes, unde nomen sibi perpetuum, & præclaris armorum actibus honore militari gloriosum ⁴ conquistavit. Amicicia ⁵ confæderacionis inter reges Scotorum & Gallorum, & eorum regna, quæ nostris adhuc durat diebus illæsa, laudetur Deus, per magnum regem Karolum, & hunc Achaium inicium habuit, cujus hæc sequens occasio prima fuit. Antequam paulo regnasset Achaius, sui viz. tempore prædecessoris, Anglorum reges superatis Britonibus erecti superbia, non solum vicinas in eadem Insula gentes, Scotos, Pictos, & Britones, inquietare sibi ⁶ suffecerat, sed & transmarinas Gallorum gentes eciam maritimas, navali præda sæpius affligere, totumque mare Bel-

1. Consideracionem *MS.* 2. *Malim*, imperante, *cum MS. Harl.*
 3. Traditur *MS. Harl.* 4. Conquestavit *MS.* 5. Consideracionis *MS.*
 6. Sufficerat *MS.*

gicum atque Britannicum perturbare fatagebant. Erat hiis diebus idem rex invictissimus Karolus assidue paganorum intentus bellis, & ut Christianis omnibus infatigabili labore sui que sanguinis effusione pacem acquireret occupatus. Cum igitur à rapinis hujusmodi piraticis, & Christianorum effusione sanguinis, eciam ab eo sæpius rogati minime desierant, illorum ad refrenandam sæviciam amicos undique venari fatagebat, & eos præcipue, quos in suam perniciem noverat ardencius insudare. Denique nuncios ubilibet emittens, quorum Achaio regi quosdam, cum quibus iterum & ipse suos, ejusdem negotii per eum in omnibus approbati remisit bajulos, ut initi foederis & amiciciæ convenciones & pacta, sub æquis firmarentur condicionibus, & indentatis redacta scriptis, utriusque regis munimine alternatim signarentur. Porro sæpius suis scribens amicis asseruit, quod non injuste regi cuilibet quamvis Christiano bellum indicitur, qui principem paganos infideles debellantem à tergo persequitur violenter. Neque tantas undique perstreperentes minas secutum fuit bellum, quia ¹ promittentibus illis de cetero suppliciter pacem clementer annuit & benigne. De cujus inter eos, videlicet Karolum & Anglos, tractatu pacis, ² Alwinus socio scripsit dicens; sunt qui dicunt nos ab Anglorum regibus ad Karolum regem pro pace

1. Permittentibus MS. 2. Alwinus MS.

Willelmus. mittendum. Et WILLELMUS de quibusdam actibus ¹ Egberti Episcopi scribens, ait, cujus rei testem ydoneum ² advoco Alcwynum, qui pro pace missus est ab Anglorum regibus ad magnum regem Karolum &c. Nuper enim inter eos aliquid ³ discencionis, dyabolico fomento flammante, exortum est, ut utrimque interdicta
Fol. 66. a. ^{a.} *navigacio cesset.*

De nunciis Scotorum Karolo missis pro eadem confœderacione firmanda.

CAPITULUM XLIX.

Willelmus. EJUSDEM ⁴ discencionis idem alibi mentionem faciens ait WILLELMUS: Rex Merciorum Offa Karolum Magnum regem Francorum frequentibus legacionibus amicum paravit, quamvis in animo non facile quod suis conduceret artibus inveniret. ⁵ Discordarunt ante adeo, ut, magnis motibus utrobique concurrentibus, eciam negociatorum commeatus ⁶ prohiberentur. Ex hujusmodi vero ⁷ discencionem fienda concordia, ⁸ Parisius cum aliis Alcwynus existens, ad regem Offam, de antedictis Scotorum nunciis, à Karolo nuper ad Scociam revertentibus, ut sequitur, rescripsit: Sciat reverenda dilectio vestra, quod dominus rex Karolus amabiliter mecum de vobis locutus est, &

1. Segberti *MS. Harl.* 2. *Antea*, adnoto. 3. *Sic.* 4. *Discencionibus MS.* 5. *Discordarent MS.* 6. *Prohibentur MS.* 7. *Sic.* 8. *Antea*,
Parisii.

in eo fidelissimum habetis amicum, vestræque dilectioni digna dirigit munera, & per Episcopales sedes regni ¹ nostri. Similiter & Ethilredo regi Northumbriæ, qui & Ethilbertus dicebatur, & ad suas Episcoporum sedes, dona direxit: sed, heu proth dolor! donis datis, & ipsis in manus missorum, supervenit tristis legacio per nuncios, qui de Scocia venerant, & per vos reversi, de infidelitate gentis, & ipsius nece regis. Ita Karolus, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem illam, ut ait, perfidam & perversam, ac homicidam Dominorum suorum, pejorem eam paganis æstimans, ut, nisi ego fuisset intercessor pro ea, quicquid eis boni abstrahere potuisset, & mali machinari, jam fecisset. Et quia regis istius Ethelredi hoc loco suæ necis prodiciosæ fit mencio, non meæ nacionis hujus blasphemum reputes, ô lector, si ceterorum regum suorum, hunc præcedencium regem, flagiciosas cædes, prodiciones inauditas & proscripciones, sicut sui veraces historici scriptis testantur, hinc inferam, ² quia non ad cujuscumque gentis scandalum, sed cautelam, & ad tam horrendi sceleris vitandum nephas futuris gentibus in exemplar.

1. Vestri *MS. Harl.* 2. *Ansea*, quibus pro quia.

*De execranda prodicione Northumbrorum
in suis regibus.*

CAPITULUM L.

ACHAY quidem anno tercio, Northumbriæ rex idem Ethelredus, vel Ethelbertus, five, quia trinomius, Ethelwaldus, à subditis vili prodicioni succubuit. Aliorum vero nomina prædictæ regionis regum, prodicione fimiliter ¹ pereuncium, infra patebunt consequenter.

Wilhelmus. WILLELMUS. Oswinus autem filius Ofrici rex Deiræ, quæ media Northumbriæ pars est, pro penuria dudum exercitus, abstinendum bello ratus, suburbanum rus clamculo concessit, & statim à suis proditus ab Oswio peremptus est. Ofredus itaque filius Alfridi totius Northumbriæ rex, regnatorum insidiis subditorum, Ceneredi viz. & Ofrici, cæsus interiit, quorum primus duobus annis, alter duodecem, post eum regnantes, hoc ² tantum habent memoriale, quod, Domini sui regis occisi sanguinem luentes, auras exitu foedo polluerunt. Post eos vero ³ conscendit tremuli regni culmen Celwlpus, & sibi successit Egberthus; ambo reges in religione tondentes comas, priorum regum fata renuunt præstolari. Ofulfus Egbertho patri succedens, post annum à civibus innocenter cæsus Molloni locum fecit; qui Mollo fatis impi-

1. Periencium *MS.* 2. *Antea*, tamen. 3. Concendit *MS.*

gre regno functus undecem annis Alcredi quidem infidiis occubuit. Alcredus itaque, decimo regni quod invaserat anno, à provincialibus cedere compulsus est. Ethelbertus, Mollonis filius, eorum consensu rex levatus, anno quinto ab eisdem expulsus est. Tunc rex Alfwoldus acclamatus, post undecem annos provincialium perfidiam ingemuit, sine culpa trucidatus. Et nepos suus filius Alcredi Ofredus succedens, vix anno emenso expulsus, regnum Ethelredo, qui & Ethelbertus dictus est, de quo prius fit mentio, vacuavit. Hic filius Mollonis, qui eciam tercio nomine vocabatur Ethelwaldus, regnum post duodecem annos exilii recipiens, quatuor annis tenuit: quibus exactis, fatum superiorum effugere non valens, anno quo supra misere peremptus est; quare plures Episcopi, necnon optimates offensi, de patria effugerunt. Post hunc Ethelredum nullus ad regnum ausus est ascendere, dum quisque regum superiorum timeret contingere sibi casum. Ita cessante rectoris, per triginta tres annos illa provincia risui finitimis & prædæ regnis fuit. Hæc Wilhelmus.

De principio studii Parisiensis, & à quibus incepit.

CAPITULUM LI.

CIRCA vero tempus idem, Achaio regnante,
Parisienne studium à duobus clericis de
Ll 2 Scotia,

Scocia, Johanne viz. & Clemente, viris doctifimis, agente Karolo Magno, primum habuit
Vincenciuss. fundamentum. Unde VINCENCIUS in Speculo; Omnipotens rerum dispositor Deus, & ordinator regnorum & temporum, cum illius admirandæ statuæ pedes ferreos vel ¹ testeos comminisset Romanis, non minus admirabilis statuæ capud aureum per illustrem Karolum erexit in Francis: qui cum in occiduis partibus solus regnare cœpisset, & studia litterarum ubique essent in oblivione, ideoque veræ deitatis cultura teperet, contigit, duos Scotos monachos cum mercatoribus ad litus Galliæ devenire, viros & in secularibus & in sacris Scripturis incomparabiliter eruditos; qui quotidie, dum nichil ostenderent venale, ad convenientes emendi gracia turbas clamare solebant: Si quis sapienciæ cupidus est, veniat ad nos, & accipiat eam, nam venalis est apud nos. Tam diu vero conclamata sunt ista, donec ab admirantibus, vel illos insanos putantibus, ad aures regis Karoli, semper amatoris sapienciæ, sunt perlata: qui celeriter illos, ad suam ² præfenciam evocatos, interrogat, si vere sapienciam haberent, ³ ut ipse compararet? Sapienciam, inquiunt, & habemus, & eam in nomine Domini quærentibus dare parati sumus. Qui cum quæfisset ab illis, quid pro ipsa peterent? Responderunt:

Fol. 67. a.

1. *Ansea*, testaceos. 2. *Ansea*, provintiam. 3. Ut ipse comperit
MS. Ut ipse comperit *Ed. pr.* Ut eam compareret *MS. Harl.*

Loca tantum oportuna, & animas ingeniosas, & sine quibus ista peregrinatio transiri non potest, alimenta, & quibus tegamur. Quo ille percepto ingenti gaudio repletus, primum quidem apud se utrumque parvo tempore tenuit, postea vero, cum ad expeditiones bellicas urgeretur, unum eorum nomine Clementem in Gallia ¹ Parisius residere fecit, cui & pueros nobilissimos, mediocres, & infimos fatis multos commendavit, & eis, prout necessitatem habuerunt, victualia ministrari præcepit, habitaculis ad meditando deputatis. Alterum vero, Johannem viz. in Italiam direxit, cui & monasterium Sancti Augustini juxta ² Ticinensem urbem delegavit, ut illuc, si voluissent, ad discendum congregari possent: qui cum ibidem per tempus aliquod moram faceret, regis mandato ³ Parisius rediit, ubi magno progressus in ævo vitam famosam terminavit. Audito quidem Alcwinus de natione Anglorum, quod Karolus gratanter sapientes susciperet, ascensa navi venit ad eum cum sociis in omnibus Scripturis exercitatis, quem rex secum usque ad finem vitæ retinuit. De cronicis autem metropolis Arelatensis hæc Vincencius excipiens, suis addidit in Speculo scriptis historiali. Anno Hyrene decimo filius ejus Constantinus eam imperio privans, septem annis imperavit: quibus ipsa finitis eum oculis

1. *Antea*, Parisiis. 2. *Antea*, Ticinensis. 3. *Antea*, Parisios.

& imperio privat, anno Domini DCCXCVIII. & sola quatuor annis imperavit.

De imperio Karoli filiique sui Ludovici, & à Clodoveo —

CAPITULUM LII.

KAROLUS autem anno Domini DCCCII. regis Achay XVI. cum jam super Francos triginta tribus annis regnasset, Francorum primus imperavit XIII. annis, à Constantinopoli imperio Romano diviso circiter evolutis annis Fol. 67.b. quadringentis septuaginta octo, ex quo Bizantium Traciæ civitas à primo Constantino renovata, Constantinopolis dicebatur. Erat autem Karolus ex Clodovei primi Francorum regis baptizati profapia genitus, quorum origo, & gentis & regum ¹ cathologus ad hunc Clodoveum, hujus libri tercii XIX. atque XX. capitulis habentur superius prænotatis. Idem Clodoveus genuit ² Lotharium, qui regnavit L. annis. Cui filius ejus Chilpericus, & regnavit annis XXXIII. Cui filius ejus ³ Lotharius secundus, & regnavit annis XLIV. Cui Dagobertus filius ejus, & regnavit annis XIV. Cui Clodoveus secundus filius ejus, & regnavit annis XVII. Genuit autem idem Clodoveus ex Bathilde regina tres filios, Lotharium, Childericum, atque Theodoricum. Successit patri Lotharius tercius, & regnavit

1. Sic. 2. Lotharium MS. 3. Lotharius MS.

annis IV. Cui Theodoricus frater ejus in regnum sublimatus, sed à Francis repudiatus, in cœnobio Sancti Dionisii ¹ Parisius tonsoratur, & regnavit frater ejus Childericus annis XII. Cui ² Theodoricus in regnum restitutus, regnavit annis XIII. Cui Clodoveus tercius, filius ³ Theodorici, regnavit annis IV. Cui Childebertus frater ejus succedens, regnavit annis XVIII. Cui Clodoveus quartus, & regnavit annis IV. Cui Lotharius quartus, & regnavit annis II. Cui Chilpericus secundus, annis V. Cui Theodoricus secundus, annis ⁴ XV. Cui Hildricus succedens, regnavit annis IX. Hic in monachum tonsoratur, Pipino, filio Karoli Marcelli, rege effecto, cujus generacionis series sequitur hoc modo: ex filia quoque regis Lotharii quarti, Ausbertus genuit Arnoldum, & hic ⁵ Sanctum Arnulphum, & hic Anchisem, & hic Pipinum majorem, & hic Karolum ⁶ Marcellum, & hic Pipinum regem, qui regnavit annis XVIII. Qui vero Pipinus genuit Karolum Magnum, regem & Imperatorem. Succedencium quoque regum Francorum ⁷ cathalogus alias infra subsequetur. Gloriosus autem Imperator & rex Karolus, post acta sua plurima, imperio regnoque suo pacato & dilatato, statu quidem Ecclesiæ ⁸ sanctæ religiose ordinato, moritur anno æta-

1. *Antea*, Parisiis. 2. Theodericus *MS.* 3. Theoderici *MS.*
 4. XII. *MS. Harl.* 5. *Antea*, secundum. 6. Mercellum *MS.* 7. *Sic.*
 8. Sancte & religiose ordinato *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

tis suæ LXXII. & Aquisgrani sepelitur. Filius quoque suus Ludovicus Pius post ejus obitum, Romanum optinens imperium, anno Domini DCCCXIV. imperavit annis ferme XXVII.

De successione regum Conualli & Dungalli resuscitantis bellum in Pictos diu sopitum.

CAPITULUM LIII.

POST QUAM rex Achayus vitam finierat, cognatus ejus Conuallus ad regni sustollitur regimen, anno Domini DCCCXIX. & Imperatoris Ludovici VI. & regnavit annis V. Eodem anno rex Merciorum Kynwlfus obiit, & illi filius ejus Kynelmus succedens, puer admodum à sorore sua Quendrida cæsus innocue, nomen & decus martirii divina sibi favente gratia promeruit. Anno quoque sequenti, quæstio magna de jure regni Pictorum, illud asserens deberi Scotis, oriri cœpit, & in omnium ore, sive principum sive plebium, ventilari. Ad actum tamen nullatenus est processum. Statim post annos quinque completos Conuallo mortuo, ¹ Dungallus filius ² Selwalchii regnare cœpit anno Domini DCCCXXIV. Imperatoris Ludovici XI. regnavitque VII. annis. Ab ipso quidem in Pictos bellum annis pene quinquaginta sopitum reparatur. Dicebat autem ³ regnum suorum suum ex jure convencionis antiquæ. Jus enim

1. Duncanus *MS. Harl.* 2. *Antea,* Selwalthii. 3. Regnorum eorum suum *MS. Harl.* primi-

primitivum in successione regum suorum & principum, secundum BEDAM & cronicas, hoc *Beda.* est: Cum autem intrantes hanc Insulam primo Picti, nec suæ nationis uxores habebant, pecierunt à Scotis suas filias, quas solum eis ea conditione dare consenserunt, ut ubi res, ¹ i. regni successio sive domini, veniret in dubium, ex ² femina magis profapia, quam masculina sibi reges eligerent, quod utique constat apud Pictos constanter esse servatum. Et hæc causa forsan hujus clamii seu contencionis esse potuit. Quia verum est, ut ex eorum cronicis & historiis colligitur, in tanto diebus pacis ab inicio vera fovebatur inter eos amicitia, quod sui reges & principes, quasi continue, regum ³ Scotorum & principum filios & filias, & è converso, duxerunt in conjuges altrinfecus & uxores. Novit enim ille, cui nichil ignotum est, hanc ultimæ contencionis causam, & quorum culpa cœptum est crudelissimum hoc bellum finem non habens, donec, ut illi placuit, qui regnorum rector est omnium, & ad libitum dissipator, Pictis omnino superatis, palmam ⁴ victorii Scoti finaliter, & eorum regnum, optinissent. Anno deinde septimo mortuus est Dungallus rex, sed, ut alibi, bello peremptus, & in Ecclesia beati Columbæ sepultus, quiescit in Insulis juxta patrem.

Explicit Liber Tercius.

1. Et pro i. (sive i. e.) in Ed. pr. 2. Antea, fœminina. 3. Scotorum viz. & principum Ed. pr. 4. Sic.

Fol. 68.b. *Incipiunt tituli Capitulorum Libri quarti, Deus, in nomine tuo.*

- D**E ritu successionis regum Scotorum præcedentium & subsequencium, usque tempus Malcolmi filii Kenethi. CAPITULUM I.
- De successione regis Alpini, suaque victoria de Pictis, & morte, & exemplo impacienciæ. CAP. II.
- De successione Kenethi regis filii Alpini, & ejus mira calliditate contra Pictos. CAP. III.
- De suis victoriis contra Pictos, & optentu regni sui. CAP. IV.
- De subversione diversorum regnorum propter peccata. CAP. V.
- De eadem. CAP. VI.
- Eciam de eadem, & Romana prima potestate, & moderna propter peccata egestate. CAP. VII.
- De finali victoria Kenethi regis in Pictos, & ejus morte. CAP. VIII.
- De quibusdam præambulis in cathalogo regum Pictorum. CAP. IX.
- Eciam de cathalogo regum Pictorum, & adventu beati Columbæ¹ abbatis. CAP. X.
- De eodem cathalogo, & conversione Brudei Pictorum regis per beatum Columbam, & Orcadum regulo tunc captivo. CAP. XI.
- De eodem adhuc cathalogo. CAP. XII.
- ²Quod Hungus rex Pictorum, & Æthelwlfus rex Anglorum, contemporanii fuerant, & ejus filio Athelstano. CAP. XIII.
- De victoria Hungi regis Pictorum contra Athelstanum,

1. *Antea omitebatur*, abbatis. 2. *Antea*, quomodo.

- cujus capud ¹ fude figi præcepit. CAP. XIV.
 De successione regum Donaldi filii Alpini, & Constantini filii Kenethi, & morte Donaldi. CAP. XV.
 De morte Constantini per ² Danos ac Norguigenfes, & successione regis ³ Heith Alipedis. CAP. XVI.
 De successione regis Gregorii, qui sibi subjugavit totam Hiberniam, & pene totam Angliam. CAP. XVII.
 De eodem Gregorio & ejus morte, deque martirio beati regis Edmundi, & quod Anglia pene tota tunc temporis Scotis & Danis erat subjecta. CAP. XVIII.
 De Johanne Scoto Philosopho, & Imperatore Arnulpho qui à pediculis consumptus est. CAP. XIX.
 De successione Donaldi regis, filii Constantini, & ejus morte. CAP. XX.
 De successione Constantini regis, filii Heth ⁴ Alipedis, & quod Cumbriæ dominium dedit Eugenio filio Donaldi, proximo sibi sperato successori. CAP. XXI.
 De eodem Constantino, & miserabili crudelique bello de ⁵ Brounyngfeld. CAP. XXII. Fol. 69. a:
 De damnis per hoc bellum gentibus Scotorum illatis, & de obitu Constantini in religioso habitu. CAP. XXIII.
 De successione regis Malcolmi, filii Donaldi, cui rex Anglorum Edmundus Cumbriam reddidit. CAP. XXIV.
 De morte ejusdem Malcolmi, & successione regis Indulfi & sua morte per Danos. CAP. XXV.
 De successione regis Duff, cujus post mortem corpus abditum fuit sub ponte, nec solis radius illuxit in regno donec repertum fuit. CAP. XXVI.
 De successione Culenii regis & morte, & de quadam ⁶ trufa Anglorum cronicis inscripta. CAP. XXVII.

1. *Antea*, fudi. 2. Danos viz. ac *MS. Harl.* 3. *Antea*, Herth Aliped. 4. *Antea*, Aliped. 5. *Antea*, Brounyngfeld. 6. *Sic MSS. At Apocryfa in Ed. pr. quomodo etiam in marg. Codicis nostri Galeani à manu recenti.*

Johannis de Fordun

- De successione Kenethi, filii Malcolmi, & diversis contencionibus ; de varietate successione tam Imperatorum quam Regum. CAP. XXVIII.
- De eodem Kenetho, & nova mutacione successione Imperatorum & regum Scotorum. CAP. XXIX.
- De Baldredo ¹ Rivallensi Abbate, Sermonem regis Anglorum Edgaris recitante, contra male viventes in Ecclesia Dei. CAP. XXX.
- De eodem Sermone. CAP. XXXI.
- De mirabili prodicionis instrumento, pro eodem rege Kenetho decipiendo, & blandiciis versutæ mulieris. CAP. XXXII.
- De prodiciosa morte ejusdem Kenethi, & promociione filii sui Malcolmi in dominium Cumbriæ. CAP. XXXIII.
- De successione regum Constantini Calvi, & Gryme filii Kenethi. CAP. XXXIV.
- De Cumbriæ regulo præfato Malcolmo, filio Kenethi, nolente tributum solvere Danis pro Cumbris, sicut ceteri Provinciales ex Anglia fecerunt. CAP. XXXV.
- De condicionibus Anglorum, ut in Policronicon, & de quadam prophecia. CAP. XXXVI.
- De causa cladis per Danos Anglis illatæ, ut refert Willelmus, Angliam crebro & undique vastantes. CAP. XXXVII.
- De occisione regis Gryme per Malcolmum prædictum, filium Kenethi, &c. CAP. XXXVIII.
- De successione regis ejusdem Malcolmi, & filia sua Beatrice nupta Crynyn ² Althano de Dul. CAP. XXXIX.
- De eodem Malcolmo, & fundacione Episcopatus Marthillach, nunc vero translati apud Abirdon. CAP. XL.

1. *Antea*, Rivallensis. 2. *L.* Abthano.

De contencione regis Malcolmi contra Cnutonem Danum tunc regem Angliæ pro Cumbria, & ejus morte.

CAP. XLI.

De vicio prodicionis, omnium viciorum vilissimo, & ab omnibus execrando, & de variis exemplis maledictæ prodicionis.

Fol. 69.b.

CAP. XLII.

De liberalitate regis Malcolmi, ¹ seu potius prodigalitate, quia sibi nichil de regno retinuit, præter monticulum in Scona.

CAP. XLIII.

De successione regis Duncani, nepotis supradicti Malcolmi, & ejus morte, & quod fuit nimis paciens sive remissus.

CAP. XLIV.

De successione regis Machabeti, & ejectione filiorum Duncani regis de regno in Angliam.

CAP. XLV.

De proscriptione Thani de Fyf, nomine Macdus, propter amicitiam, quam habuit erga filios Duncani, Malcolmum dictum ² Canmor, & Donaldum.

CAP. XLVI.

³ De primo adventu Malcolmi ⁴ Canmoire ad Angliæ regem Edwardum, & de Mariniano Scoto."

CAP. XLVII.

1. Sed *MS.* 2. *Antea,* Cammor. 3. *Adjecimus è summario,* capitulo ipsi præfixo. 4. *Antea,* Cammoire.

De ritu successione regum Scotorum tam præcedentium quam subsequencium, usque tempus Malcolmi filii Kenethi.

CAPITULUM I.

REGUM vero Scotorum in Albionis parte Boreali post Fergusium, filium Erth, conregnancium Pictis, veræ successionis tempora patent superius; ad monarchas modo procedere convenit, qui, Pictorum subverfis gentibus, omnis ipsius partis optinuerunt singulare dominium: & eorum gesta quædam simul & tempora regnacionis, prout antiquorum docent volumina, propalare; de ritu tamen successionis eorundem primo dicendum est. Nam sæpius quæstio fieri solet, quare non filii¹ comuniter patribus, sicut moderni temporis mos exigit, ad regni successerant regimen, potius quam fratres, ut in præcedentium successionebus est expressum. Hoc autem illis ideo fiebat diebus, quoniam & eis & Pictis plerisque regnorum regibus, eciam & imperii quibusdam principibus, eadem succedendi lex erat, scil. ut regis cujusque discedentis frater aut filius fratris, si filio regis ætate non fuerat ac abilitate regendi potior, quamvis gradu remotior,

1. Sic.

mocior, ipsum præcederet ad regendum. Non enim sanguinis proximitas, sed perfectæ pubertatis abilitas hunc vel illum regni throno sustulit ad regnandum. Hujusmodi vero regnationis constitutio prius invaluit, quia primitivæ gentis exigua paucitas, cum esset numero brevi, certam in acquirendo sibi sive servando cum libertate sedem, undique bellis exposita, non solum sui regni, sed etiam corporum abhor-
Fol. 70. a.
rens regimen tradi juvenibus, hanc legem statuit prætaxatam: talis quoque successionis regniæ mos priscus, usque tempus Malcolmi filii Kenethi continue durabat, & donec ipse, propter imminens regni dispendium, quod inde forsan evenire poterat, ordinatione communi pro lege perpetua sanxivit, quod deinceps cuiunque regi, qui pro tempore fuerit post ejus obitum proxima sobolis, filius viz. aut filia, nepos¹ aut neptis, proximior tunc superstes ad regni regimen succederet. Sed illis forte deficientibus, hereditatis jura possideat, vel regia progenitus ex stirpe, vel collateralis proximus heres.

1. Ac *Ed. pr.* Sed ad *MS.* Inde aut *reposui*, (*favente MS. Harl.*) ita scilicet ut ad *pro* aut *male* *posueris* scribe. Sæpe autem in *Codd. antiquis* aut *pro* aut.

De successione regis Alpini, suaque victoria de Pictis.

CAPITULUM II.

POSTQUAM Dungallus obisset, Alpinus filius Achay statim coronatus, regni regimen suscepit, anno Domini DCCCXXXI. regnavitque tribus annis. Bellum contra Pictos à prædecessoribus cœptum, infatigabili labore continuavit, eos semper exercitibus aut crebris irrupcionibus devastando. Igitur anno tercio sui regni, in solemnitate paschali, Scoti cum Pictis congressi sunt, & plures de suis nobilibus ceciderunt; unde fit, ut rex Alpinus victor existens, in superbiam elatus, eodem anno XIII. Kal. Augusti, temere cum eis altero conferto proelio, vincitur, capitur, & omni neglecta redemptione, capite detruncatur. Ad bellum quidem ultra modum præceps erat, & in cunctis actibus impaciens nimis & impetuosus. Nichil pene minus quam impaciencia bellorum executori convenit, ut patet in historiis Romanorum. Scripsit enim Eutropius, duos Consules, Varro-nem & Æmilium, adversus Hannibalem ad bellandum missos, quibus à Senatu monitum est, ut ipsius Hannibalis impetuosi ducis impacienciam, non aliter quam bellum differendo vincerent, nam ipsum antea ¹ Favius Consul diffe-

¹. Fabius *Ed. pr.* Sed Favius in MSS. Et quidem V pro B sepe in Monumentis veteribus. Vide quid de hac scribendi ratione observaverim in Prefatione ad Guil. Neubrigensem, S. IX.

rendo

rendo pugnam superavit: verumtamen per Varronem, Æmilio socio contradicente, apud Cannæ, vicum in Apulia, cum ¹ eo pugnatum est, & ambo Consules ex impaciencia Varronis vincuntur, atque Romanorum in ipsa pugna tricenta milia perierunt pugnatorum. Post vero dictum bellum Romanis Hannibal optulit, ut captivos redimerent, à Senatu responsum est, illos cives non necessarios, qui cum essent armati capi potuissent; ille vero variis suppliciis eos interficiens tres modios ² anulorum, quos ex manibus equitum, Senatorum & militum detraxerat, Cartaginem misit. Nec dubium illum diem ultimum fuisse ³ Romani status, si mox Fol. 70. b. post victoriam Hannibal ad pervadendam urbem contendisset.

*De successione Kenethi regis filii Alpini, & ejus
mira calliditate contra Pictos.*

CAPITULUM III.

FILIUS autem Alpini Kenethus successit in regno patris, anno Domini DCCCXXXIV. & in regno Pictorum, ipsis superatis, anno Domini DCCCXXXIX. Imperatoris Ludovici XXV. Regnacionis Scotorum in Albion Insula MCLXIX. sed & exitus eorum ex Ægipto sub primo rege Gaythelos, filio regis Neoli Atheniensium &

1. Ea MS. 2. Sic MS. cum simplici n, non, ut Ed. pr. annulorum.
3. Romane MS.

Johannis de Fordun

uxore sua Scota, MMCCCXLIX. quibus regnis annis ferme XVI. monarcha regnavit: erat enim vir fortis, & prudens, perspicacis ingenii, præclarus, atque bellorum executor audacissimus. Hic mira calliditate duxit Scotos in regno Pictorum, cujus hæc, ut sequitur, causa fuit. Primo quidem suæ coronacionis anno primatibus consilio congregatis, innotuit se vindicare velle de patris sui nece crudeli, suorumque parentum in bello nuper occisorum, quorum multos, postquam se reddiderant, occiderunt. Igitur ad hoc festinandum opus eos diligenter exhortatur, & ut die statuto se, ceteris omnibus prætermittis, ad expeditionem præpararent. Illi vero noviter transacti certaminis, quo rex Alpinus cum multis¹ militibus occubuit, immenso territi pavore, sed & illius belli fragore trepidantes, animoque penitus deficientes, ut vecordes vel effeminati voce consona respondentes, regi dixerunt: Quicquid, ô domine rex, vel tuum defendere regnum, vel aliud opus quodcumque nobis faciendum² præceperis, præter unum, omittere nolumus nec debemus. Regni vero Pictorum nequaquam volumus transcendere metas, nam breviter eos invadere non audemus. Tantus enim nos hæctenus à tempore belli timor invasit, quod quamvis à Deo de coelis missus fuerit Angelus hoc nobis annuncians, annuere forsitan trepidaremus. Avorum namque dudum

1. Milibus *MS. Harl.* 2. Præciparis *MSS.*

temporibus, eciam & nostris nuper, Scotorum fortitudo leonis exsuperabat, aut unicornis audaciam, quorum primi natura ¹ nullius est cursu terreri, secundi vero ² vivus sub hominum potestate non venit, interfici potest, subdi vivus nequaquam; & si quandoque venatorum industria vivus capi contigerit, illico moritur: sed viceversa nobiscum volvitur alea fati, quia nunc feminis, vel, si fas est dicere, sumus lepusculis timidiores. Videns igitur rex, quod neque blandis aut asperis exhortacionibus quicquam ³ proficeret, uti quadam voluit calliditate: nam eos non omnino profectionem negasse, sed dubitanter dixisse meminit, quod quamvis eis Angelus in Pictorum proficisci regno mandasset, nec illi forsitan obedirent. ⁴ At ille subito cau- Fol. 71.a.
telam mente concipiens, carissimo sibi cuidam artifice responsa principum secreto revelat, & qualiter totum perageret negocium informavit. Artifex enim ille, cum esset ingeniosus, voluntati regiæ libens favit, promittens insuper omnia pro posse fideliter perimplenda. Assumptis igitur caute squameis piscium pelliculis, quæ noccium tenebris quodam fulgore resplendent, quibus amiculum angelicis velud fulgentibus pennis choruscans subtiliter ornatum fecit, cum quo se vestiens tocium effigiem corporis circumtextit. Hujusmodi quidem indutus amictu, magnatum thalamos angelica forma

1. Nalius *MS.* 2. Minus *MSS.* 3. Proficerat *MS.* 4. Ac *Ed. pr.*

1 clam subintrans, eorum mirabiliter sensus, intellectum ymmo vigilantiū delufit, & ex parte Dei viventis eis præcipiendo mandavit, quod in omnibus fui regis obedirent præceptis, & quod præcipue Pictorum regna diftruere nullatenus formidarent. Subdola quoque tali prudencia duces feducti, domino regi confestim 2 adiuntes, obedienciam ad omnia compromittunt. Nam angelum Dei vidimus, aiunt, facie ad faciem, ô rex certiffime, qui te fequi quocumque perrexeris nobis monuit, quibus eorum conclavigeri magno fponde Sacramento jurantes eciam attestantur: & hoc idem eis jurando rex innotuit, ipfum audiffe per eundem angelum, & vidiffe.

De fuis victoriis contra Pictos, & optentu regni fui.

CAPITULUM IV.

HIS autem ad votum ita peractis, & ad finem optatum per omnia deductis, communi voluntariaque deliberacione Pictis bellum indicitur, & congregatis exercitibus ipforum regna penetravit. Tanta quoque non folum in homines ira, verum eciam in feminas & parvulos defævit, ut nulli fexui vel facris parceret ordinibus, fed omne vivens, quod fecum non abduxerat, gladio vel igne confumpfit. Anno deinde regni fui fexto, cum piratæ Danorum,

1. Clam noctu subintrans *MS. Harl.* 2. *Ansea*, advenientes.

occupatis litoribus, Pictos sua defendentes non modica strage prædando maritima¹ pro-
trivissent, similiter & ipse Kynnedus in reli-
quos Pictorum terminos, montana finium suo-
rum, viz. dorsum Albanæ, quod Scotice Drum-
alban dicitur, transiens, arma vertit, & mul-
tis Pictorum occisis, reliquos in fugam com-
pulsit, & amborum regnorum monarchiam² con-
quisivit. Picti vero, reparatis aliquantulum An-
glorum auxilio viribus, quatuor annis Kynne-
dum infestabant. Sed consequenter postmo-
dum inopinatis incurfibus, & variis eos stragi-
bus debilitans, duodecimo tandem anno regni Fol. 71. b.
fui sepcies uno die congregitur, & innumeris
Pictorum populis prostratis, regnum deinceps
de fluvio Tyne juxta Northumbriam, ad Orca-
dum Insulas, ut dudum Sanctus Adamnanus
Hyensis Abbas prophetando retulit, totum sibi
ratificat confirmatum. Sic quidem non solum
reges & duces gentis illius deleti sunt, sed e-
ciam stirps & genus adeo cum³ idiomatis sui
lingua⁴ defecisse legitur, ut quicquid ex eis ve-
terum reperitur in scriptis fictum credatur à
pluribus, aut apocrifum; legentibus tamen fre-
quenter historias, nullatenus mirandum vide-
tur, si Deus omnipotens, regum omnium & re-
gnorum rector, atque secundum merita conser-
vator mirificus, secundum vero demerita ter-

1. *Anica*, proteruissent. 2. Conquesivit *MSS.* 3. Ydeomatis
MSS. 4. Defecisse *MS.* & *Ed. pr.*

rificus dissipator, robustas gentes, & regna peccatis exigentibus perire sæpius permiserat, atque permittet in futurum. Unde propheta David testatur, dicens: Ecce peccatores habundantes in seculo optinuerunt divicias; quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt, propter iniquitatem suam. Velud ¹ sompnum surgentium, ymagines eorum ad nichilum sunt redactæ.

De subversione diversorum regnorum propter peccata, & de exemplis.

CAPITULUM V.

CONSEQUENTER hîc, ad futurorum cautelam, interferuntur quædam regnorum & regum subversiones, & discidia. Quorum exemplo ² regni cujuslibet rex aut princeps, in cunctis actibus Deum ante mentis oculos semper habeat, & evitare vicia discat, superbiam præcipue, viciorum omnium radicem. A gula tandem & libidine, quæ corda principum infallibiliter effeminant, animum avertere studeat; potenciores & inferiores legum, rex qui judicat in veritate pauperes, ³ thronum ejus in æternum firmabitur, peccatores ab indebitis plebium exactationibus, rapinis, & cædibus; malificos justis assidue legibus fatagat cohibere.

1. *Antea*, somnium. 2. Regi MS. & Ed. pr. Sed regni in MS. Harl. 3. Tronus MS. Harl.

Quisquis igitur regum hæc faciens, quamvis adversus eum superbiorum castra consistant, non timebit, sed hereditabit diu terram à Deo sibi collatam, & inhabitabit in seculum seculi super eam; & quia Dominus Deus amat iudicium, non derelinquet eum in adversariorum manibus, sed in æternum conservabit. Non sic impii principes, & in servandis legibus desidiofi; ¹ non sic quorum viz. voluntas in lege Domini Fol. 72. a. non est, ut pauperem liberent à potente; sed sicut pulvis, quem proicit ventus à facie terræ, deficientes ab adversariorum ² impetu fugient, & semen eorum, ut nuncquam fuisset, interibit. SALOMON. ³ Non populus dudum Dei peculiaris, duodecim tribus Israel, ⁴ quamdiu lege servata Deo placuissent, multis infidelium deletis gentibus, earum cum prosperitate possidebant regna, quousque prævaricantes legem, & Domino Deo derelicto, varias abhominaciones facientes, iram divinæ majestatis provocando, post Deos tandem abierunt alienos? Exinde de cetero quidem ⁵ in ignominiam & derisum cunctis habiti sunt populis, ut ex hominibus eorum deleantur nomina, præter solum tribum Judæ, de qua Judæi nomen habent, qui modico tempore legem sequebantur, sed cum, ut reliquæ tribus, lege postposita Deum

1. Non sic scilicet quorum voluntas *MS. Harl.* 2. Impitu *MS.*
3. *Malim, nonne, cum MS. Harl.* Cum pro non in *Ed. pr.* in qua
neque hæc interrogative proferuntur. 4. *Antea, quondam pro quamdiu.*
5. *Deest in in MS. Galeano. Sed agnoscit Cod. Harl.*

offendentes, manum ad peccata porrexerant, in dispersionem misere traditi sunt inter gentes & dispersi. Nec eorum sub coeli cardine reperitur possessio, cum ¹ tamen ad infidelitatis suæ memoriam, atque fidelibus exemplum, pauci fervantur, degentes hæctenus sub tributo.

De eisdem exemplis.

CAPITULUM VI.

MULTÆ quidem & aliæ nationes, ut testantur historiæ, vias ambulando non bonas, sed post peccata Domino judicante corruerunt. Eiusdem namque subversionis Pictorum pene diebus, natio Gothorum fortissima, multis primo devictis gentibus, juxta Danubium insedit. Quique Gothi postmodum in duo divisi, duo de se regna creantes, unum in Ytalia Estirgothorum, alterum Westirgothorum in Hispania, duos Imperatores, Decium prius cum filio, postea Valentem occiderunt. Et sic multo tempore reges varios & regna bellis undique laceffentes, toti quidem orbi Romano terrori fuerant, &, quasi duobus capitis sui cornibus, Orientem simul & Occidentem acerrime ventilantes, tandem subito reges eorum & regna cum gentibus, ac insperate, propter peccata, ² quibus offendere non verebantur, deleti

1. Tum pro tamen in *Ed. pr.* 2. Quibus Deum offendere *MS. Harl.*

funt

funt penitus, nec nominis sui sonus præter in scriptis auditur, five noscitur inter homines in terris. ¹ Wandalorum populi sic quidem exorti de Sithia, primo Pannonias, deinde Gallias, postmodum Hispanias infedentes, cum ad Africam ultimo pervolassent, ibi regnum suum multo tempore confirmaverunt. Et dum divina simul & humana, sine respectu deitatis aliquo ² vel humanitatis, perturbassent, dispositione divina Belizarius Patricius, sub Justiniano mili- Fol. 72.b. tans, noctu cum rusticorum plaustris Cartaginem cepit, eorumque regnum funditus destruxit, & sic ipsa ³ Wandalica rabies in perpetuum est finita. Eciam potentes dudum confanguineos & colligatos nostros Britones, nuncquid à suo regno miserabiliter ejecerunt peccata, sicut tercio libro ⁴ capitulo xli. notatum est? Equidem Hiberniensis vicina nobis, ac ejusdem nostri generis nacio, nonne dudum locuplex erat & fortis, legibus adhærens, justiciam sectans, multorum mater & nutrix ⁵ Sanctorum? Cujus audire sapienciam, ut veris docetur historiis, ex longinquis plurimi venerunt regionibus; processu quoque non magni temporis, cum ipsa, spretis hujusmodi virtutibus, desidia corporis viciis vacasset & ocio, nec uno vero rege, sed, legum ac fidelitatis contemptu, pluribus contenta

1. *Anlea*, Wandalorum. 2. Et *pro* vel *in Ed. pr.* 3. *Anlea*, Vandalica. 4. Cap. xl. *pro* capitulo xli. *in Ed. pr.* 5. Scotorum *Ed. pr.*

regibus, statim ex suis est ejecta ¹ foecundis civitatibus & ² opidis, ad proprii regni steriles & squalidas ultimas regiones, ubi filvis, rupibus, & locis abditis misere latet ad diem hodiernum, victum vix habens vel vestitum.

De Romana prima potestate, & sequenti propter peccata egestate.

CAPITULUM VII.

³ **E**T quod de Romana quidem urbe dicta, quæ capud mundi dicebatur, ⁴ quia tantis mundi dudum regionibus imperabat, quantis licuit. Nam, ut refert *EUTROPIUS*, ⁵ *Ælius Adrianus*, Confobrini Trajani filius, qui sibi successit in imperium, tres nobilissimas provincias, viz. Siriam, ⁶ Mesopotamiam & Armeniam, spontaliter abscidit ab imperio, volens imperii finem habere non ultra fluvium Eufraten. Aurelianus Imperator eciam sponte Daciam ab eo divisit. Itaque Severus Scociam fossatis muris & turribus exclusit, non tamen voluntarie dimittens, sed ut Scotos à Britannicis irrupcionibus impediret. ⁷ Quomodo nunc sola sedet civitas, tunc domina gencium, modo propter

1. Secundis *MS.* 2. Oppidis *antea.* 3. *Malim, cum MS. Harl.* Quid de Romana urbe dicam, quæ caput mundi dicebatur, quæ tantis dudum mundi regionibus imperabat, quantis licuit? 4. *Annea, quod.* 5. *Ejus MS. & Ed. pr. Sed Ælius in MS. Harl.* 6. *Mesopotameam MS.* 7. *Quomodo ergo nunc sola sedet civitas, non semiplena populo, tunc domina &c. MS. Harl.*

peccata paucis, ymmo perpaucis, dominando regionibus, nec, ut asseritur, civitatibus suo non procul à muro situatis? Quod & omnibus dolendum est Cristianis, cum ipsa sit non immerito domina tocius Christianitatis & caput, ob reverenciam beatorum Petri principis Apostolorum, & coapostoli sui Pauli doctoris gencium, atque suprema vicariorum Christi sedes in terris; sed & martirum & confessorum innumera-
 bilium terrena corporum requies, quorum sancto ¹ sanguini carnisque pulveribus, tocius terræ suæ cineres stratae, lapides, domorumque limina ² simul & postes beatificati ³ præparantur. Sed ubi nunc quæso tantæ majestatis, & honoris imperium, tantæ dominacionis ampla terrarum possessio, tantorum obediencium regum & principum, tributaque tot regnorum? Sed & Fol. 73. a. ubi curruum aureorum ac triumfancium gloria, cui nuncquam aliqua mundialis pompæ vanitas poterat, ut legitur, comparari? Quid igitur Romanos ab hac sublimi potencia dejecit nisi peccata tantum? quibus fervire potius quam Deo volebant, sine quo nulla est potestas, cujus servos, fidem eis & regulam juste vivendi prædicantes, occiderunt. Inter quos Petrus & Paulus Apostoli sub Nerone martirizantur, quapropter ⁴ subito Romana potestas in eo ruere cœ-

1. Sic in MS. Galeano. Sanguine MS. Harl. & Ed. pr. 2. Scilicet pro simul in Ed. pr. 3. Malim, purpurantur, cum MS. Harl. 4. Subite MS.

Johannis de Fordun

pit: nam ipse urbis magnam partem incendit, Parthi tulerunt Armeniam ab eo, suis legionibus sub jugo missis: utque Britannia tunc per affines pene perdita, sic quidem diu postmodum Christi servos aliquando trucidantes, & aliquando faventes, ¹ tunc victi, nunc victores extiterunt. Tandem ad se reversi fidem gaudentes ceperunt catholicam, quam operibus caritatis & misericordiae magna cordis devotione diu servabant, & extunc subditis gentibus humiles, & hostibus terribiles imperabant. Processu quidem temporis, ad ² immania, quibus uti solebant, flagicia se committentes, praeter quod fidem cum paucis fidei tenebant operibus, ad hanc inopiam, quam modo cernitis, miserabiliter pervenerunt. Hæc autem exempla felici ³ poterunt sufficere principi, ne se peccatis enormibus immisceat: quia,

Versus. Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Post obitum Ludovici Pii, suscepit imperium filius ejus Lotharius, anno Domini ⁴ DCCCXLII. & imperavit annis xv. ⁵ regis Kenethi IX.

1. Potius, nunc, cum MS. Harl. 2. Antea, inania. 3. Poterint MS. & Ed. pr. 4. DCCCLXII. MS. Harl. 5. Incepit regis Kenethi IX. MS. Harl.

De finali victoria Kenethi regis in Pictos.

CAPITULUM VIII.

REX igitur Kenethus, postquam, ut præmissum est, septem uno die potiretur bellorum victoriis, quasque provincias regni Pictorum peragrando, populum imbellem sub fide pacis suscepit. Multi nichilominus colla servituti submittere dedignant, sub spe resistendi, novum ab eis regem creatum sequebantur: quorum ipse brevi postmodum quosdam cum suo rege, turmis peditum emissis, occidit, & quosdam ad dedicionem compulsos optinuit. Residui vero per vastas solitudines diu latrocinio ¹ vagantes, neque dedicionem penitus, neque pacem volebant; coacti tandem, non quo capud ² obedirent locum habere ³ valent, fugæ remedium ad Anglos ac Norguigenes assumpserunt. Sic quidem Deo concedente factum est, ut, totum sub Circio finem Albionis in monarchiam omnium regum primus suscipiens, unum feliciter regnum compegerit è duobus: jura vero, quæ leges Macalpinæ dicuntur, componens, observari statuit, Fol. 73 b. quarum hæctenus quædam restant, ac inter populos cursum habent. Itaque legibus imbuto pacatoque regno, post multos ac innumerabiles

1. Vagentes *MS.* 2. Absconderent *pro* obedirent in *MS. Harl.*
Et recte, ni fallor. 3. F. valentes.

tanti temporis labores improbos, peractis plene¹ regenerationis in monarchia XVI. annis, & octo mensibus, apud Forthemoth migravit ad Dominum, & in Infula Jona cum honore decenti, maximoque Scotorum ejulatu, sepultus est; ubi quondam rex Fergusius filius Erth, cum duobus fratribus Loaru &² Tenegus, humo condebatur, quorum animæ pace perpetua perfruantur. Erat enim iste Kenethus filius Alpini regis, filii Achay, filii³ Ethfin, filii Eugenii, filii Fyndan, filii Eugenii, filii Dongardi, filii Donaldi, filii Eugenii Buyd, filii Aidani, filii Gowrany, filii Dongardi, filii⁴ Fergusii Arth. Qui quidem Fergusius regnum, dolo tyranni Maximi, Pictorumque potencia, quadraginta tribus annis detentum, recepit, ac⁵ pristinae restituit libertati, ut patet supra.

De quibusdam præambulis —

CAPITULUM IX.

SUBVERSIONE Pictorum⁶ nota superius, non importunum videtur eorum⁷ cathologum, & alia quædam veterum reperta voluminibus, hîc consequenter annotare. De sua quidem origine, quam ob causam has partes vel unde venerint, in libri primi capitulis XXIX. XXX.

1. *Potius*, regnacionis, cum *MS. Harl.* 2. *F. Tenego*, vel (nam utroque modo scribitur) *Cenego*. 3. *Erthfyn Ed.pr.* 4. *Fergusii*, f. *Erth MS. Harl.* 5. *Prestinæ MS.* 6. *Notata MS. Harl.* 7. *Sic.*

necnon xxxi. liquide reperietur. Ante vero Dominicam Incarnacionem, ut ibi patet, hujus regni partem ante Scotos vel uno saltem tempore coluerunt, quamvis quædam ¹ sint cronicae, quæ Scotos asserunt, longe præ Pictis tricentorum annorum spacio hanc possidere regionem. GALFRIDUS in sua cronica libro quin- *Galfridus.* to cap. vi. Pictos originem habere ponit post Dominicam ² Resurrexionem, Vespasiani diebus, & ex eis tunc primum Scotos excreviffe: sed hæc quidem an sic, an aliter, pluribus non ignoratur cronographis. Scriberet enim tercius, eo tempore Moravios, Pictis & Scotis conjunctos, hanc advenisse patriam contra Romanos sub duce Rodorico, qui certe Moravius fuit & non Pictus, ex quorum filiabus creata sobole ³ multitudinem suam adauxerunt. Ex facili namque probari poterit, quod hoc ante diu coeperunt per suæ regnacionis tempora: nam verum est, regnabant per annos in Albione mille centum, & eo plures, nec dubium est quin memorati regis Kenethi gladio ⁴ perierunt. Non tenet igitur quod post Incarnacionem, sed ante sum- pserunt originem. Vel si quis obicere forsan velit asserens, minime credendum regem Ghe- de, vel ejus successorem Tharan, tantum ha- buisse regnandi tempus, ut uni centum, alteri *Fol. 74. a.* vero centum quinquaginta computentur anni,

1. *Antea*, sunt. 2. *Sic*. 3. *Antea*, multitudines. 4. *Antea*, perierint.

respondeat lector, quod licet alterutrisque regibus anni solummodo quinquaginta scribantur, ante tamen Incarnacionis tempus annis centum & amplius, eos coepisse reperiet. Et quia de tanto suæ regnacionis annorum numero nonnulli musitant, placuit ut amborum regum annua computacio correctioni lectoris, inde veritatem perscrutantis, relinquatur. Ceterorum vero regum successionis tempora ¹ singillatim stilus, ut noverit, prosequetur.

De cathalogo eciam regum Pictorum, & adventu beati Columbæ.

CAPITULUM X.

PRIMUS autem rex apud eos erat ² Cruychne, filius ³ Kynne judicis, & regnavit ⁴ annis L. Secundus vero post eum Ghede. Tercius Tharan, quibus, ut supradictum est, ascripti sunt anni ducenti quinquaginta. Regi quoque Tharan successit Dmorthetify, & regnavit annis xx. Cui Duchil succedens, regnavit annis xl. Cui Duordeghal annis xx. Cui Decokheth annis lx. Cui Combust annis xx. Cui Caranathereth annis xl. Cui Garnabolger annis ix.

1. *Ansea*, sigillatim stylum. 2. *Cruythne antea*. 3. *Kynne judicis*. li. I. ca. 35. *Clementis judicis in marg. MSti. à manu recenti*. 4. *Anni Pictorum in Albione 1165. in margine Codicis MS. à manu Hectoris Boëthii. In quo margine & hanc notam, sed à manu recenti, habemus: In the cron. called historia aurea, the Kings of the Picts continued 1187.*

Cui

Cui Wypopneth annis xxx. Cui Blarehafferath annis xvii. Cui Frachna Albus annis xxx. Cui Thalarger Amfrud annis xvi. Cui Canatalmel annis vi. Cui Dongardnethles anno i. Cui ¹ Feredach filius Fynyel annis ii. Cui Garnard Dives annis lx. Cui Hurgust filius Forgfo annis xxvii. Hujus tempore regnacionis, ut libro secundo capitulo xlviii. quædam reliquiæ Sancti Andreae per beatum Regulum in Scotia sunt allatæ. Post Hurgust ² successit Thalarger, filius Keother, & regnavit annis xxv. Cui Durst, alias vocabatur ³ Nectave, filius Irbii, annis xlv. hic, ut asseritur, centum annis vixit, & centum bella peregit. Quo regnante, Sanctus Palladius primus Scotorum Episcopus à beato Papa Coelestino missus est ad Scotos docendos, longe tamen ante in Christo credentes. Cui successit Thalarger filius Amyle, & regnavit annis ii. Cui Nectave Chaltamoth annis x. Cui Durst Gorthnoth annis xxx. Cui Galaam annis xv. Cui Durst filius Gigurum annis v. Cui Durst filius Othcred annis viii. Cui iterum Durst filius ⁴ Gigarum annis iv. Cui Garnard filius ⁴ Gigarum annis vi. Cui frater ejus Kelturan ^{Fol.74. b.} annis eciam vi. Cui Tholorger filius Mordeleth annis xi. Cui Durst filius Moneth anno i. Cui Thalagath annis iv. Cui Brude filius ⁵ Mer-

1. *Antea*, Feredath. 2. Ungus vel Oengus Hoved. cron. Cambr. & fragm. in fine Bedæ in marg. Cod. MSii. à manu recenti.

3. *Vel* Nectane; nam sic etiam scribitur, tam hîc quam & in sequentibus.

4. Gigurum MS. Harl. 5. *Antea*, Merlothon.

lochon annis XIX. eo regnante Sanctus Columba Scociam adveniens, ipsum ad fidem convertit. *Beda.* Venit Sanctus Columba¹ Britanniam, regnante Pictis Brudeo, rege potentissimo, filio Meilochon, anno nono regni sui, qui fuit ab incarnatione Domini DLXV.

De eodem cathalogo, & conversione Brudei per beatum Columbam.

CAPITULUM XI.

EX ejus historia; in² itineris vero beati Columbæ prima fatigacione versus regem Brudeum casu contigit, ut idem rex, fastu regio zelatus, suæ municionis superbe agens, in primo beati adventu viri, non aperiret portas. Quod ut cognovit homo Dei, ad valvas portarum cum comitiva accedens, & primum Dominicæ crucis³ imprimens signum, manum pulsans contra hostium ponit, ⁴ quæ continuo, sponte retro retrusis fortiter seris, cum omni celeritate sunt aperta. Quibus statim apertis, Sanctus consequenter cum fociis intrat, quo cognito rex cum senatu valde pertimescens, domum egressus, obviam cum veneracione beato pergit viro, pacificisque verbis admodum blande compellit, & ex ea in posterum die sanctum & venera-

1. Buctaniam *MS.* plane pro Britanniam, quo modo sane in *Cod. Harl.* Pictaviam *Ed. pr.* 2. Iteneris *MS.* 3. Inpremens *MS.*

4. Quod, & mox est apertum. Quo statim aperto, in *MS. Harl.* bilem

bilem virum idem regnator, omnibus suæ vitæ diebus reliquis, valde veneratus est, magna sicut decuit honorificencia. Hiis vero diebus, cum idem Sanctus ultra dorsum moraretur Albaniam, quendam monachum volentem Heremum acquirere, qui postquam à terris per infinitum Oceanum plenis enavigasset velis, eidem Brudeo regi Pictorum, Orcadum præsentì regulo, commendavit dicens. Ex nostris aliqui nuper intransmeabili pelago desertum invenire cupientes navigabant, qui si forte post longos circuitus Orcadas devenerint Insulas, huic regulo, cujus obsides in manu tua sunt, diligenter commenda, ne aliquid adversi intra terminos ejus contra eos fiat. Hoc vero Sanctus ita dicebat, quia spiritu cognovit, quod post aliquot menses, idem monachus, cui ¹ Cormachus nomen erat, ad Orcadas esset venturus, quod ita postmodum evenit, & propter prædictam sancti viri commendacionem, de morte vicina liberatus est in Orchadibus.

De eodem adhuc cathalogo, & de rege in quo regnum Pictorum defecit. Fol. 75. a.

CAPITULUM XII.

ISTI quoque regi Brudeo successit Garnard, filius Dompnath, & regnavit annis xx. Hic fundavit Abirnethy. Cui Nectave filius Irb an-

1. *Antea*, Tormachus.

nis XI. Cui Kenel filius Luchtren annis XIV. Cui Nectave filius Fode annis VIII. Cui Brude filius ¹ Fachna annis V. Cui Thalarger filius ² Farchare annis XI. Cui Talargan filius ³ Amfrud annis IV. Cui Garnard filius Dompnal annis V. Cui frater ejus Durst annis VI. Cui Brude filius Bile annis XI. Cui Gharan filius ⁴ Amfedech annis IV. Cui Brude filius Decili annis XXI. Cui frater ejus Nectave annis XVIII.

Beda.

Iste, secundum Bedam, accepit literas ex Anglia de circuli Paschalis observacione. Cui Nectave successit Garnard, filius ⁵ Feredach, & regnavit annis XIV. Cui Oenguffa filius Fergusa annis XVI. Cui Nectave filius Derely mensibus IX. Cui Oenguffa filius Brude mensibus VI. Cui Alpyn filius ⁶ Feredech similiter mensibus VI. Post quem idem Alpinus ⁷ iterum regnavit annis XXVI. Cui Brude filius Tenegus annis II. Cui Alpin filius Tenegus eciam annis II. Cui Durst filius Thalargan anno I. Cui Thalarger Drusben annis IV. Cui Thalarger filius Tenegus annis V. Cui Constantinus filius Fergusa annis XL. Iste ædificavit ⁸ Dunkeldene. Cui Hungus filius ⁹ Fergusii annis X. Eodem vero tempore quo Rex Hungus, regnavit & in Westfex Rex Æthelwlfus, cujus filii majoris Athelstani capud infixum ¹⁰ fudi Rex optenta belli

1. *Antea*, Fathna. 2. *Antea*, Fartharer. 3. *Antea*, Amfend.
 4. *Antea*, Amfedeth. 5. *Antea*, Feredath. 6. *Antea*, Feredeth.
 7. *Antea*, interim. 8. *Antea*, Duntrelden. 9. *Antea*, Fergusius.
 10. Sude *MS*. victoria

victoria secum in regno detulit, ut in proximo sequenti capitulo plenius apparebit. Cui Hungo successit Durstolorger, & regnavit annis IV. Cui Eoghane filius Hungus annis III. Cui ¹ Feredech filius ² Badoc similiter annis III. Cui Brude filius ³ Feredech mense I. Cui Keneth filius ⁴ Feredech anno I. Cui Brude filius Fotelhel annis II. Cui Drusken filius ⁵ Feredech annis ⁶ III. In hoc quoque rege Drusken, Pictorum regnandi defecit potestas, & ab eis penitus translatum est regnum ad regem Scotorum Kenethum, suisque successoribus, & unum deinceps Scotorum regnum est ⁷ effectum Deo gracias.

Quod Hungus rex Pictorum, & Æthelwlfus contemporanei fuerant.

CAPITULUM XIII.

QUIS enim ille fuerit Athelstanus, quem rex Hungus bello prostravit, notandum est. Nam tres dudum in Anglia reges fuerunt Athelstani, quorum primus Canciæ rex erat ultimus, à quo translatum est regnum, & ⁸ additum est Fol. 75.b. regno Westfaxonum. Secundus autem iste de quo nunc agitur filius Æthelwlf, cui pater om-

1. *Ansea*, Feredeth. 2. *Ansea*, Badoe. 3. *Ansea*, Feredeth.
 4. *Ansea*, Feredeth. 5. *Ansea*, Feredeth. 6. Duobus *MS. Harl.*
 7. *Mox post effectum punctum plenum habetur in Ed. pr. quod auctoritate Codicum MSS. sustulimus.* 8. Addidum *MS.*

nes Angligenæ gentis regiones ipso vivente contulit, præter regnum Westsex, quod penes se solum ¹ retinet. Tercius quidem Athelstanus erat filius Edwardi, filii Alfredi, ² fratris istius *Willelmus.* ³ Athelstani. Unde WILLELMUS. Rex Eg-birthus, subjugatis primo Cornugalliæ Britannis, aquilonales eciam Britannos tributarios fecit. Itaque regnum Canciæ, cum Suthireya, regnumque Merciorum & Estanglorum, orientales & australes Saxones, in dedicionem accepit. Sic quidem ceteris Anglorum provinciis in fide vel tributo susceptis, Westsaxonum regnum ampliavit. Northumbri vero, qui se solos remansisse, tum propter intestinas diffenciones, tum propter fallaces juraciones, & omni digito se ⁴ vocari cernerent, datis obsidibus suæ favēbant dicioni. Huic Egbirtho post mortem successit filius ejus Æthelwlfus, qui patre vivente quinque filios genuerat. Hic natura ⁵ levis sub quiete degere quam multis imperare provinciis mallet. Avito regno Westsaxonum solo contentus, cetera quæ pater subjugaverat appendicia, statim ut regnare cœperat, filio suo majori contradidit Athelstano. Qui quando vel quo fine ⁶ defecerit incertum est. Hæc ille. Verum illius Athelstani finis apud Willelmum quamvis lateat, apud nos attamen, & ⁷ variis

1. *Malim*, retinuit, cum *MS. Harl.* 2. *Ansea*, frater. 3. Athelstani *MS.* 4. *Potius*, notari, cum *MS. Harl.* 5. *Lenis MS. Harl.* 6. *Defecerit MSS.* 7. Variis vetustis scriptis *MS. Harl.*

scriptis,

scriptis, & ore simul hæcenus populorum, celebri recolitur in memoria. Nam in hiis, quas pater ei tribuerat, eo regnante regionibus, rex Hungus magno cum exercitu naciones Anglorum finitimas Northumbros immani clade vastando, patriam ¹ pertransiens, post varias dietas, quamdam advenit lassus, quiescendi [² causa], non procul ab ampne Tyna, gratam planiciem, ubi castra figi mandat, quatenus exercitum, itineris longitudine fatigatum, pastu congruo recrearet. Et ³ quoniam ipsa planicies frugibus & herbis, atque nemorum arbuftis, erat uberima, fontibus & aquis irrigua, statuit inibi quasi nichil metuens per dies aliquos commorari.

De victoria regis Hungi contra Athelstanum, &c.

CAPITULUM XIV.

HÆC cum audisset rex Athelstanus, totius Anglorum gentis borealium simul & australium robur in unum conducens, & aciebus singillatim per turmas compositis insperate superveniens, locum quo sedit adeo suis undique circumdat cuneis, quod nullus ei pateret transi- Fol. 76. a.

1. Hæc omnia tribuuntur Ungo filio Urgust, qui multis annis prior est, in fine cujusdam exemplaris Bedæ, & fabula aliter narratur, in margine Codicis nostri MS. Galeani à manu recenti. 2. Inclusum desideratur in MSS. 3. Antea, quia.

tus evadendi. Territus autem rex, & animo principes consternati timuerunt valde; nam humana protinus ope se nequaquam salvari posse sperabant, ad divinum ergo ¹ recurritur auxilium, quod poscentibus in veritate non deest, & à singulis tam majoribus quam minoribus Deo suppliciter, & suis sanctis, & præcipue sancto Andreae Apostolo, nota fiunt. Rex igitur ad honorem Dei, benedictæque virginis Mariæ, decimam regni sui partem beato se daturum Andreae, voto solenni promisit, ut ipsum cum exercitu salvum ad propria reduceret, & à tam innumerabilis, tamque superbæ gentis, incolumem eriperet potestate. Regi vero nocte sequenti beatus Andreas apparuit, dicens: Deus, cui semper humilium placet deprecacio, vota que superborum implacabilia, tuam interveniente me deprecacionem exaudiens, die crastino, lætam tibi dando victoriam, tuos ante te prosterneat inimicos, nec adversum te bellando prævalent, quia dominicæ crucis Angelus Vexillifer, multis videntibus, te præcedet. Cum igitur in regnum tuum prospere redieris, voti nequaquam sis immemor, sed quod de liberæ mentis arbitrio sponte promiseras, cave ne differas adimplendum. Evigilans autem rex à sompno, quæ per visionem audierat, cuncta suis ² patifecit Comitibus & populo. quomodo Deus, Apostoli sui precibus, certam sibi concesserat victoriam

1. Recurratur *MS.* 2. *Sic.*

ex inimicis. Omnes igitur, ex hujusmodi visionis confidentia, supra quam credi potest¹ exhillarati, nec ut heri vel nudiuftercius jam timidi, sed fortes, & solito multum audaciores effecti, quamvis numero pauciores longe fuerant, in hostes clamoribus tubisque clangentibus proruerunt. Continuo namque tantus eorum² cordi pavor invaserat, ut omnes solutis aciebus averfi sunt in fugam, exceptis cum rege paucis obfistentibus, qui primo congressu superati sunt pariter & occisi. Regis vero capud, ob tam miraculosæ cædis memoriam,³ abscisum à corpore rex secum afferens, in medio maris Scotici, cujusdam summitate rupis palo præcepit infigi, cunctis transiuntibus per annos aliquot ad spectaculum. Kenethi vero regis anno XIII^o. classes diversæ paganorum portus Angliæ piraticis irrupcionibus sæpius invadentes, tandem Londoniæ civitatem ceperunt, fregerunt, ac depopulati sunt.

*De successione regum Donaldi filii Alpini,
& Constantini —*

Fol. 76.b.

CAPITULUM XV.

CELEBRATIS solemniter Kenethi magni regis exequiis, eodem obitus anno, successit ei frater ejus Donaldus, eciam Alpini filius, anno viz. Domini DCCCLIV. Lotharii quidem

1. Exillerati *MS.* 2. Corda *MS. Harl.* 3. *Antea,* abscissum.

Imperatoris XIV. regnavitque IV. annis. Erat enim miles inclitus, & ad omnes actus bellicos fortis & pronus, quique crebras victorias & triumphos in debellacione Pictorum gloriose per egit. Vicinis vero regnis & regibus pacem fovere studuit & concordiam, nec ¹ quisquam suos fratres in aliquo molestare præsumpsit, præter quosdam abjecciones Pictorum, qui diebus excidii, gentis suæ videntes cladem, fugerunt ad Angliam: qui, statim ut de morte Kenethi regis audierunt, ab Anglis instigati, necnon eorum aducti cuneis, non obstante treuga pacis nuper inita, regni limites invadere cœperunt: sed eodem anno, regis prudentia, quorundamque fidelium Pictorum, nullo remanente, sunt deleti. Ejus anno tercio Lotharius Imperator, inter filios regno partito, seculo renunciavit, & ad imperium filius ejus Ludovicus secundus promotus est, & imperavit annis XXI. Apud ² Scociam vero sedem regiam, rex universæ carnis viam ingressus, in Jona sepultus est insula, juxta fratrem. Anno Domini DCCCLVIII. successit ei nepos ejus Constantinus, fratris sui Kenethi magni filius, & Imperatoris Ludovici tercio, regnavitque rex annis XVI. Suo quidem & omni tempore suorum prædecessorum, patris scilicet & patru, magna classis ab oriente paganorum, Danorum, Norguigencium, & Frisonum, emergens, totum mare Britannicum atque Belgicum

1. *Antea*, quicquam. 2. *Antea*, Scociam.

turbavit. Nam anno monarchiæ patris sui decimo tercio, per Thamensem fluvium Angliam impetentes, Londoniæ civitatem vi ceperunt, asportatis secum spoliis & gazis quibusque preciosis; & sic continue multis diebus utrumque regnum, Scociam & Angliam, nunc hîc nunc illic, ut ventis agebantur, erumpentes, subito pluribus incommodis affecerunt. Ejus anno secundo gelare cœpit per Europam pene totam ¹ ii. Kal. Decembris, & nonas Aprilis finivit. Anno octavo, rex Bulgarorum, ad Christianissimum cum sua gente conversus, adeo fide solidatur, ut non multo post filio majore regno promotus, penitus ipse seculo renunciatus monachus factus est. Sed cum filius ejus juveniliter agens ad gentilitatis cultum redire vellet, re-
Fol. 77.a.
 sumpto miliciæ ² cingulo cultuque regio, filium persecutus cepit, & oculis ejus effossis, eum in carcerem trahit; & filio juniore in regno locato, ³ sacrum habitum recepit, & in eo usque finem vitæ permansit.

*De morte Constantini per Danos & Norguigenses,
 & successione regis Heth.*

CAPITULUM XVI.

EJUS eciam tempore regnacionis, altera paganorum classis major atque severior ex

1. Pridie Kal. MS. Harl. 2. Singulo MS. 3. Antea, fatrum.

Johannis de Fordun

Danubio veniens se ¹ conjunxit priori, quæ statim nullius boni proposito, sed omnis maliciæ & nequiciæ confortes ² effectæ, maria velud plantata nemoribus operuerunt. Sicque brevi postea factum est, ut, in ambobus regnis solidam petentes terram, securi per dies & menses, propriis quasi sedibus commanserunt. Hos enim, ³ ut nunc putabatur, Scociam clam attraxit Pictorum barbaries nondum plene perdomita, sicut ex rei poterit exitu non dissimiliter suspicari. Oblatum est eis à rege sæpius securum infra regni portus receptum, ⁴ atque mercanda pro libito victualia, si tamen ab irruptionibus cessantes pacis fideliter pactum observarent. Igitur cum hujusmodi nec ullo pacis alio tractatu ⁵ sedari poterant, loco, cui nomen est Nigra Specus, vel die præfixo, ⁶ vel inopinante casu vestitur rex, bellum cum eis iniens cum multis suorum occubuit. Nec mirum, quia subactos nuper quosdam de Pictis, quasi finu serpentem secum bellandos ⁷ temerario conduxit. Namque statim conferta pugna fugientes, occasionem ceteris hoc idem faciendi dederunt. Sicque ⁸ regem, ab exercitus sui magna parte campo derelictum, circumdant hostes & occidunt. Iphis illico post victoriam ad naves rece-

1. *Antea*, commixit. 2. *Antea*, effecti. 3. *Deest* ut in *MS.* Sed *exstat* in *Cod. Harl.* in quo tamen desideratur nunc. 4. *Antea*, ad merc. pro libitu. 5. *Cedari MS.* 6. *Antea*, ut *pro vel.* 7. *Tenerrimo Ed. pr.* *Temere MS. Harl.* 8. *Per regem MS.*

dentibus, cives fugati rediunt, & campum scrutantes, regis inventum funus ad Jonam Infulam ejulatu magno tulerunt, ubi conditum est cum honore finu patris. In Anglia vero, duobus annis ante suam mortem elapsis, regem Estangliæ, sanctum Edmundum, dictarum classium pagani martirizabant. Illi quoque successit frater ejus Hethus Alipes, filius eciam magni Kennethi, anno Domini DCCCLXXIV. Ludovici XIX. & regnavit anno uno. Hic vero tantæ vivacitatis membrorum agilitate floruit, ut ab omnibus diceretur Hethus Alipes, ¹ i. Hethus alas in pedibus habens; nam suo tempore velocitatis titulo præ ceteris meruit annotari. Sed nuncquid Alexandri magni cursoribus, Anisio ² Laconi ac Philonidi, debeat agilitate præferri, qui, secundum Solinum, usque Sicionem ³ ab Elide mille ducenta stadia transierunt uno die? Fol. 77. b. Ejus tamen & eorum pernicitatem ⁴ [superasse] videtur Ladas ⁵ quidam, ut idem refert Solinus, qui super ⁶ canum pulverem ita cucurrit velociter, ut in arenis nulla relinqueret indicia vestigiorum. Sufficiat regi palma sui temporis adæpta velocitatis. Illum vero secundum regni jura successione præcederet filius Dungalli Gregorius, unde, divisus inter eos regni principibus, apud Strathalorn bellum committitur, in quo

1. Et pro i. in *Ed. pr.* 2. Lacon ac Philonide *MSS.* 3. A Lapte *MS.* A Lapuo *MS. Harl.* 4. Deest *MSS.* 5. Quemdam *MSS.* 6. Caurum *antea.*

rex primo congressu mortali plaga vulneratus, post duos menses obiit, paucis alterutræ partis in pugna ducibus interemptis; sepultus est autem in Insula Jona juxta patrem.

De successione regis Gregorii, qui sibi subjugavit totam Hiberniam, & pene totam Angliam.

CAPITULUM XVII.

IDEM vero Gregorius, cum regni regimen, pluribus majorum annuentibus, optinuisset, ¹ Scona solemniter coronatus est anno Domini DCCCLXXV. Ludovici xx. & regnavit annis pene XVIII. Solemnitate peracta coronacionis, per omnes statim regni fines firmam stabiliens pacem, omnes, quos sibi bello resistere noverat, plena remissione concessa, ² [ad] suam adduxit & veram amiciciam. Neque principio suæ regnacionis divini cultus extitit immemor aut negligens, quin & Ecclesiæ Dei perpetuam, ac personis Ecclesiasticis consensu principum libertatem concessit, confirmatam à Papa Johanne octavo, qui quintam Sinodum Constantinopoli celebravit. Nam eatenus Ecclesia more Pictorum subacta fuerat servitute. Ille vero totam sibi subjugavit Hiberniam, ac pene totam Angliam. Et quamvis Hibernia sibi jure successio- nis attigerat, quorundam tamen resistencium absque bello nullatenus eam acquisivit. Posses-

1. *Antea*, Scotia. 2. *Deest in MSS.*

fionis suæ dominium in Anglia partim armis, & partim clemencia subegit. Suis diebus, sicut ante, necnon & diu postmodum, diversarum gentium, ut patet superius, piratæ, Danorum viz. ¹ & Norguigencium, Gothorum, Wandalarum, atque Frisonum, unius & ejusdem malignitatis complices, per portus Anglorum & terras dispersi, clade miserrima partes præcipue maritimas jugiter quasi furentes vastabant, donec eas ex magna parte sub suo redactas dominio ² possedissent. Rex autem Gregorius, ut ipsi maritimas, sic & ipse superiores & occidentales non impari clade perdomuit. Sed & Fol. 78. a. quarundam ³ indigenæ provinciarum, priusquam suos attigerat fines, sese cum terris & possessionibus suæ dicioni sponte dederunt, facto prius Fidelitatis & Homagii Sacramento. Beacius vero putabant ac utilius catholicæ fidei cultoribus Scotis ⁴ ultro subici, licet hostibus, quam invite paganis infidelibus. WILLELMUS. *Wilhelmus.* Ardebant omnes Provinciæ sævis populationibus, unusquisque regum magis inimicos in suis sedibus sustinere curabat, quam laborantibus opem porrigere compatriotis. Anno Gregorii primo, duo cognati Noricorum sive Danorum, Rollo & Gello cum suis, Neustriam penetrantes, Rothomagum, & ceteras urbes confines optinuerunt. Anno tercio Ludovicus

1. *Antea omitebatur, &* 2. Possidissent MSS. 3. Indigne MS. 4. Ultra MS.

Johannis de Fordun

Imperator obiit, & Karolus Calvus patruus ejus successit, & imperavit ¹ annis ii. Cujus post obitum succedens Karolus Junior, ² imperavit annis xii. Karolus igitur, cum Rollonem & socios à patria pellere non poterat, accepto consilio, filiam suam Gillam sibi dedit uxorem, & totam ³ Neuftriam, quam ipse de Normannis Normanniam vocabat, accepta tamen sponsione Christianismum recipiendi.

*De eodem Gregorio & ejus morte, deque martirio
beati regis Edmundi.*

CAPITULUM XVIII.

NULLUM tunc temporis, scilicet Gregorii, defenforem Angli, vel certe debilem habebant, omnibus orbatu regibus, qui dudum octo fuerant, præter Alfredum regem Westfaxonum, qui solus superstes, virtute qua potuit, parum proficiens hostes invasit. Et multo sæpius ab eis invasus, in tanta desolacione sæviencium undique declinans hostium insidias subito decidit, ut in Anglia, quo se loco tutum occulere poterat, corde trepido fluctuaret. Northumbri vero propria culpa suos à se reges ante sæpius expulerant. Sed modo necessitate compulsi regem abjectum prius, scilicet Osberthum, rursum recipientes, in brevi postmodum

1. Anno uno & ix. mensibus *MS. Harl.* 2. Et imperavit *MS.*
3. Venstriam *MS.*

ipsi cum eo crudeliter ab hostibus occisi, vel infra mœnia civitatis Eboraci cremati sunt ; eorum ¹ possessio deinceps ab eis jure bellico regionibus. Rex itaque Merciorum Burthredus, per hostes regno pulsus, Romam peccit non reversurus. Orientalium Anglorum rex sanctus Edmundus, à paganis, ut supra, gloriosum passus martirium, terrestre folium pro cœlesti mutavit, & ejus eciam regnum inimici de novo possederunt. Ceteri quoque principes, qui superfuerant, sive Scotis sive Danis obstricti, pro vita rebusque servierunt. Superiores qui- Fol. 78.b. dem provinciæ regno Scociæ confines, regi Gregorio ² nolentes manus dabant. Sic quidem hiis diebus, ac diu postmodum, Anglia tota, variis fortunæ rotata casibus, variis dominis misere succubuit. Quædam pars Danis; & pars sed maxima Scotis; & pars Alfredo regi sed parva remansit. Unde WILLELMUS. Al- *Wilhelmus.* fredus autem ad hoc tandem inopiæ coactus est, ut, vix tribus pagis fide sibi parentibus, scilicet ³ Huntetonscire, Wilteschire, & Somirsete, ad quandam Insulam uligine palustri vix accessibilem, vocabulo Adlingiam, refugerit. Tempore Gregorii, Flandriæ Comitatus exordium habuit; prius vero regum Francorum regebatur Forestariis, quorum primus Lidericus, secundus ⁴ Ingerlamus, & tercius Audacer: sub

1. *Potius, possessis, cum MS. Harl.* 2. *F. volentes cum Ed. pr. Sed nolentes plane in MSS.* 3. *Huntetronscire MS.* 4. *Antea, Ingerlanus.*
 Vol. II. R r Pipino,

Johannis de Fordun

Pipino, & Karolo magno, & Ludovico, isti re-
ctores Flandriæ fuerunt, non tamen Comites :
deinde Karolus Calvus, de quo supra, Flan-
driam dedit in hereditatem Baldwino filio Au-
dacri, & Judith filiaæ suæ. Gregorius autem rex
iste magnificus, postquam annis decem & ¹ octo,
mensibus aliquot exceptis, strenue regnasset,
apud ² Dornedeore ³ diem clausit extremum, &
Jona sepultus Insula requiescit. Anno Gregorii
decimo tercio Karolus Imperator obiit ; & Ar-
nulfus successit, viz. anno Domini DCCCLXXXVII.
& imperavit annis xv.

*De Johanne Scoto Philosopho, & Imperatore Ar-
nulfho, qui à pediculis consumptus est.*

CAPITULUM XIX.

*Johannes
Scotus.*

HUJUS Gregorii tempore floruit Johan-
nes Scotus, vir, secundum Helynan-
dum, perspicacis ingenii, ac mellitæ facundiæ.
Qui concrepantibus undique bellorum fragori-
bus, in Franciam ad Karolum Calvum transi-
erat, ubi diversos libros perscrutans, rogatu Ka-
roli, ⁴ Ierarchiam Dionisii Ariopagitæ de Græco
verbum è verbo transtulit in Latinum ; com-
posuit eciam Librum, quem ⁵ peri physicwn me-
rismatos, i. de divisione naturæ, intitulavit, pro-

1. Octono MS. 2. *Ansea*, Dorvedeore. 3. Diem istud non hic loci,
sed paullo superius, mox post hereditatem, locatur in Cod. MS. 4. Ierer-
chiam MS. 5. Perysion mermuoy, i. de MS. Perisien muermoy
i. de MS. Harl. Sed, ut nos, cl. Galens, nisi quod & pro i. (sive id est)
ediderit, pter

pter prolixitatem necessariorum quæstionum solvendam bene utilem. Succedentibus annis, Alfredi regis allectus munificencia venit in Angliam, & in brevi postmodum, apud Malmesberienſe Monasterium, à pueris, quos docebat, graſis, ut fertur, perforatus, Martir effectus est. Cujus celebrem memoriam, Sepulcrum in altaris latere sinistro, sed & Epitaphii verſus¹ prodant.

Clauditur hoc² tumulo sanctus Sophista Johannes, Versus.
Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro.
Martirio tandem Christi conscendere regnum,
Quo meruit, sancti regnant per secula cuncti. Fol. 79. a.

Arnulfus Imperator, cujus tempus præcedenti capitulo notatur, Normannos, qui Galliam, Lotharingiam, & Dardaniam, circa Leodium, & circa Magunciam, vastabant, incredibili plaga prostravit: & tunc cœpit jugum Normannorum & Danorum cessare, qui quadraginta annis Galliam vastaverunt. Deinde idem Arnulfus longa infirmitate tabescens, nulla arte medicinali juvari poterat, quin à pediculis confumeretur. Anno Gregorii xvi. obiit Guthrum Danus,³ Northumbrorum rex & Estangliæ, quem Alfredus de sacro fonte fuscipiens, Athelstanum nominavit. Cui filius ejus Ranaldus, &⁴ cognatus Sithricus successerunt.

1. Produnt *MS. Harl.* 2. Tumulo *MS.* 3. *Ansea*, Northumbriæ.
 4. Cognatus *MS.*

De successione Donaldi regis, filii Constantini.

CAPITULUM XX.

OBITUS ac sepulturæ Gregorii planctu sopito, regni fastigium Donaldus ¹ optinens, qui fuit filius superioris Constantini, filii Kenethi magni, coronatus est apud Sconam, eodem quo decessit Gregorius anno, Domini viz. DCCCXCII. ac Imperatoris Arnulfi VI. Regnavit annis XI. strenue quidem, sed ingenti labore nunc in aquilonis Scociæ partibus, nunc in ² Angliæ, de novo conquæstis, non quievit, nequando deliciis assuetus, & ocio negligens perdat & inglorius, quod suus prædecessor vigilantia prudentia magnisque laboribus ³ acquisivit. Quia non minus est virtus quam quærere parta tueri. Offerebant autem Danicæ gentis pagani Donaldò, sicut dudum suo prædecessori Gregorio, pacis secum inire foedus adversus Anglos, ut ⁴ comunibus undique ⁵ viribus insultati facilius poterant expugnari. Quod omnino rex uterque renuens, hoc nuncquam licere respondit Christiano principi, contra Catholicos, quamvis hostes, infidelibus opem conferre paganis, aut in aliquo conjurationis foedere colligari. Ceterum post annos aliquot, quidam Danorum rex, Northumbrorum, & Est-

1. Sic MSS. *Ansea*, obtinet. 2. Anglia MS. *Harl.* 3. Acquisivit. Qui non MS. 4. Sic. 5. *Ansea*, vocibus inf. f. possent exp. angliæ,

angliæ, Gurmundus cum suis ab Alfredo rege baptizatus est, & eidem sacramento constrictus: statim postea nichilominus fidelitatis & amicitiae præoptatum fieri foedus à Gregorio tunc superstite, magna cum instantia procuravit. Itaque post mortem Gurmundi, filio suo Rinaldo, cognatoque Sithrico successoribus, ¹ confirmile pactum foederis assidue flagitantibus, rex iste Donaldus sponte per omnia concessit, licet eos indubie noverat, sicut & Gurmundum, Alfredo fecisse prius fidem. Per idem quoque tempus rege moram in austro faciente, maligni ² quidam latrunculi transmontanas partes cre-
 Fol. 79.b.
 bris cædibus clam, palamque rapinis inquietare coeperunt. Quorum ut sedaret maliciam ³ dimissis in austro militum præsidiis, mox illorum aggressus terminos, in ⁴ villa de Fores brevi decumbens infirmitate quasi subito decessit, an labore consumptus an malignorum dolo pocionatus dubitatur. In Jona quoque sepultus est Insula, diem expectans ⁵ ultimum in pace requiescat sempiterna. Ejus anno decimo rex Westsaxonum Alfredus moritur, & Edwardus filius ejus successit. Anno undecimo, viz. ultimo regnacionis, Imperator Arnulfus obiit, ac Ludovicus ejus filius imperare coepit; sed ad coronam imperii non pervenit; assignantur ei tamen anni decem. Iste vero finis fuit imperii,

1. *Antea*, confirmilem pactum foederum. 2. Quidem *MS.*
 3. *Missis MS.* 4. *Nulla MS.* 5. *Antea*, ultimam.

quantum ad posteritatem Karoli, propriis culpis exigentibus.

*De successione Constantini regis, filii Heth Alipedis,
& quod Cumbriæ dominium dedit Eugenio filio —*

CAPITULUM XXI.

CONSTANTINUS filius regis Heth Alipedis, Donaldò succedens, anno Domini DCCCIII. Ludovici primo, regnavit annis XL. Ipso regnante duo reges Anglorum, supradictus viz. Edwardus, & suus filius nothus Athelstanus, successive regnantes, adversus eum frequenter bellabant, tum propter opem, Danis adhibitam, tum quia terrarum Cumbrorum viz. ac ceterarum in Anglia possessionum indigenas, sibi fideliter & usque bellum de Brounygfeld adhærentes, omni virtute protegebat. Danicæ vero gentis mobiliores vento reges, sibi, sicut & prædecessoribus suis, sub eadem conjuratione foederis & amiciciæ forma juncti sunt; sed duobus annis vix fide manentes, pacem cum Edwardo, subdolis seducti promissis, ad propriam fecerunt perniciem contra Scotos. Neque diu contractus hujusmodi condicio tenuit, quin post quadriennium exorta quædam inter eos discordia, dubium quo casu, sed opinatur Edwardi scelere, qui terras eorum hostiliter invadens, per mensem integrum miserabili strage devastavit. Illi quidem necessitate coacti, nullam alibi

cubi sperantes opem quam reconciliandos ad priorem foederis amicitiam Scotos discernunt, à quorum contubernio nuper Edwardi dolo recefferunt. Igitur ad mitigandum quod in eis rex Constantinus fixerat odium, nuncios mittunt, veniam humiliter imprecantes & pacem, nec unquam de cetero foedus quodcumque, si tandem hoc reficere placuerit, suis rumpendum demeritis Sacramento pollicentur. Sic quidem Fol.80. a. exacta quæque negocia nuncii secum pro voto læti¹ receperant, ira regis in pietate reformata. Constantinus autem anno regni sui xvi. dedit Eugenio filio Donaldi, proximo sibi successori sperato, regendum Cumbriæ regionis dominium, usquequo regni Diadema post ejus mortem fuerit optentus, ac eo rege coronato, suus heres proximus ad idem succedat dominium, & sic ab herede semper in regem coronato statim suo successori proximo dominium, hujusmodi successionis ritu, deinceps transferatur. Anno regni sui xxii. mortuus est Edwardus, & illi successit filius ejus nothus Athelstanus, ex Opilionis filia genitus, postposito fratre, qui de jure regnasset, Edwino, miserabili postea² morti tradito; nam in navi sine remige vetustate consumpta, solus, unius hominis excepto comitatu, mari missus fuerat & demersus. Hujusmodi factis invidens quidem princeps Elfredus, adversus Athelstanum, regi Constantino,

1. Reciperant *MS.* Reportant *MS. Harl.* 2. Morte *MSS.*
præfa-

præfatoque Sithrico, se mox in omni fidelitatis societate colligavit. Constantini quidem anno XI. Ludovicus Imperator obiit, & illi Conradus Alemannus quidam successit, ac imperavit annis VII. tamen inter Imperatores non numeratur, nam imperiali caruit benedictione. Conrado successit Henricus anno Domini DCCCCXX. & Constantini XVIII. Imperavit enim annis XVIII. nec ipse computatur inter Imperatores, neque per Papam coronatus.

De eodem Constantino, & de crudeli bello de Brounygfelde.

CAPITULUM XXII.

CUM autem Ethelstanus præactæ confœderacionis rumores audisset, motus immodice, nam adversæ partis vires augeri, suafque minui noverat, excogitare cœpit rem potius in occulto clam agere, quam in aperto dubios bellorum eventus experiri. Emissis ergo suis latenter susurrionibus, in aure Sithrici dolose fraudem instillantibus, ipsum Sacramenti prioris immemorem, sed & filiis suis hoc omnino prohibentibus, sororis suæ fallaci connubio circumvenit; unde contigit, quod ¹ novem minime vixit mensibus, sed nequiter extinctus æstimatur. Refert autem WILLELMUS, quod Sithricus, post annum vita deturbatus, occasio-

Wilhelmus.

1. Novem postea minime vixerit mensibus, *MS. Harl.*

nem Athelstano dedit ut Northumbriam parti suæ jungeret. Et mox Eboracum obsidens, ¹ opidanosque nunc precibus, nunc ad deditionem sollicitans, & pro voto neutrum expediens, abcessit. Northumbriæ quidem gentes & Cumbriæ, Scotis & Danis jam diu fideliter tamquam Fol. 80.b. una gens conglutinata, libencius sibi quam Anglis subici curabant. Sithrico quidem, ut supra, de medio sublato, filios ejus, Analafum & Godofridum, in principes sibi Northumbri libenter suscipiunt, qui statim Constantino juncti, totis viribus impugnabant Athelstanum. Igitur anno regni sui xxxvi. Rex Constantinus, Analafus, & Godofridus, grandi nimis exercitu collecto, partes Anglorum australes ² [invadunt,] cuncta vastando per quæ transierant, quoadusque locum, quo tentoria fixerat Athelstanus, qui ³ Brounyngfeld dicitur, advenissent. WILLELMUS. Postremum Athelstano bellum *Wilhelmus.* fuit cum Analaso, Sithrici filio, Scotorumque rege Constantino, qui spe invadendi regni terminos transierant, Athelstano ex consilio cedente, ut gloriosius vinceret, jam insultantes multum in Anglia ⁴ transierant. Nec mora ⁵ phalangis utriusque partis & aciebus intermixtis, ⁶ crudelissimum commissum est bellum, & longe præ ceteris sævissimum, vel antiquorum scriptis traditum, sive præseñcium memoriæ commen-

1. *Annea*, oppidanos nunc, *omisso* que. 2. *Deest in MSS.* 3. *Annea*, Brounyngfeld. 4. *Transierat MS.* 5. *Sic.* 6. *Crudelissimum MS.*

Johannis de Fordun

datum. Cæsi sunt autem, ex parte victoris Athelstani, ¹ præcipui duces Elwynus, & Ethelwinus, aliique duces duo, duo ² siquidem Episcopi cum multis nobilibus. Ex ³ altera vero parte regulus ⁴ Deirorum Eligenius cum aliis tribus, duces novem, ac vulgi partis utriusque populus innumerus.

*De damnis per hoc bellum Scotorum gentibus illatis,
& de obitu Constantini.*

CAPITULUM XXIII.

INFAUSTUS enim erat Scotis ille dies. nam quæque dominia, temporibus Gregorii, vel hætenus conquæsta, necnon ⁵ quinquaginta quatuor annis possessa vel amplius, hoc in die *Willelmus.* jure bellico sunt amissa. WILLELMUS. Cecidit ibidem rex Scotorum, Constantinus, magnæ quidem animositatis, & vivacis senectæ vir, reges quinque &c. Hujus Willelmi positionis contrarium veraces & variæ produnt Cronicæ, quia, post hujus belli funestum excidium, regni ⁶ sceptrum ⁷ quatuor regebat annis, ac deinde regno sponte dimisso, religionis in habitu Deo serviens apud sanctum Andream, Killideorum Abbas effectus, annis quinque vixit, ibique moriens sepultus est. Hyenses deinde Monachi,

1. Præcipue *MS. Harl.* 2. Sicquidem *MS.* 3. Altra *MS.*
4. Deiororum *MS.* 5. *Antea, XXXIV.* 6. Ceptrum *MS.* 7. Quatuor regebat & ultra annis, & deinde *MS. Harl.*

sua statim effodientes ossa tulerunt, & in basilica beati Orani patrum tumulo condiderunt, anno Domini DCCCXLVII. Nec tenet igitur quod in bello Brounygfeld occisus fuerat, cum post bellum annis novem supervixerit. De prædicto quidem Athelstano rege, legenda miraculorum sancti Johannis Beverlaci, quod sequitur inter cetera scriptum reperi. Rex Athelstanus, proficiscendo bellandum contra Scotos, beatum Johannem Beverlaci visitavit, super cuius altare cultellum pro vadio posuit, promittens, quod si victor rediret, cultellum digno precio redimeret. Quod & implevit; nam in dimicando contra Scotos, rogavit Deum ut, prece sancti Johannis, aliquod signum evidens ostenderet, quo præsentis & futuri cognoscere possent, Scotos de jure Anglis subjugari. Unde rex cum gladio suo percussit scopulum quemdam lapideum, juxta castrum de Dunbar, cujus ictu scopulus ad mensuram ulnæ cavatur, ut usque diem patet hodiernum. Hæc ibi; verum ex relatione magarum veterum, consimilem trufam audivimus, Arthuri regis militi Kayo cum quodam enormi cato dudum pugnaturus contigisse; videns namque catus militem pugnaciter secum bellare paratum, magnæ rupis scandebat ad summum, atque deorsum descendens, ad pugnam mirabiliter unguis acuendo, variis & incredibilibus fissuris rupem cavit & amfractibus, catum tamen, ut aiunt, Kayus in-

terfecit. Athelstani vero rupis fissuræ non habetur in populo memoria vel noticia, ergo &c. Ipso quoque anno belli obiit Henricus; & Otho filius ejus imperavit annis xxxvi. Hujus autem anno tercio, viz. dccccxl. mortuus est Athelstanus, & frater ejus Edmundus successit, tenuitque regnum annis pene septem.

De successione regis Malcolmi, filii Donaldi, cui rex Anglorum Edmundus Cumbriam reddidit.

CAPITULUM XXIV.

ANNO quoque Domini dccccxliii. qui fuit Othonis sextus, rex Constantinus, divinæ miseracionis inspirante gracia, quæque mundana vanitati fore subjecta luculenter intelligens, ut supra patet, evacuata sede¹ regia, Malcolmo, filio Donaldi, locum regnandi dedit; quique regnavit annis ix. Porro post mortem Athelstani, terrarum omnium indigenæ, quos ipse bello de Brounygfeld suo dominio² redegerat, ad priores Dominos Scotos, & Danos respirabant. Northumbri quidem Analafum ex Hibernia revocandum, ac regem denuo constituendum disponunt. Quod cum ad Edmundi pervenit auditum, metuit ne forte populus Cumbriæ Scotis adhæreat, ut Analaso Northumbri, pro ea maluit amicum venari, quam ipso invito crudelis eam hostis, & forte

1. Regie MS. 2. Redigerat MS.

pro perpetuo, possideret; unde Malcolmi regis auxilium, ac animum placabilem, firmiter sibi junctum, contra Danos habere desiderans, totam ei Cumbriam, in perpetuum sub fide jurata Fol. 81. b. tradidit possidendam. WILLELMUS. Hoc Willelmus. tempore Northumbri, rediviva meditantés prælia, pactum, quod cum Athelstano pepigerant, corrumpere, & Analafum, ab Hibernia revocatum, statuere regem. At vero Edmundus existimans ¹ injuriam, si non fraternæ victoriæ reliquias persequeretur, copias contra desertores Northumbros ducitavit. Analafus animum regis temptans dedicionem sui optulit, sed non diu barbaricus animus in sententia mansit, quin & Sacramentum læderet, & Dominum irritaret. Quapropter anno sequenti pulsus perpetuo exilio pœnas luit. Provinciam, quæ vocatur Cumbreland, regi Scotorum Malcolmo, rex sub fidelitate jurisjurandi commendavit. Hæc ille. Postmodum vero statim inter eos concordatum est, & amborum consilio decretum, ut in futurum, pro bono continuandæ pacis utriusque regni, Malcolmi regis proximus heres Indulfus, ceterorumque regum Scotorum heredes, qui pro tempore ² fuerint, Edmundo regi, suisque successoribus ³ Anglis regibus, ⁴ hominum pro Cumbria facerent, ac fidelitatis Sacramentum. Insuper itaque quod neuter eorum hanc bar-

1. Injuriam *MS. Harl.* 2. *Anlea*, fuerunt. 3. Angliæ *MS. Harl.*
4. *Anlea*, homagium; & sic quidem *MS. Harl.*

baram aquilonis & perfidam gentem suo receptet in regno, quovismodo protegat, auxilium præbeat vel favorem, seu, cujusque rei gracia, sub homagio suscipiat fidelitatis. Et hæc omnia fuerunt in posterum observanda. Rex uterque vinculo conjurationis alterutri est astrictus. Anno quoque Malcolmi quarto, rex Edmundus à quodam latrunculo, quem una dierum in aula de malifactis exprobrasset, in medio militum pugione perfoffus interiit, & sibi successit Edredus frater ejus.

De morte ejusdem Malcolmi, & de successione regis Indulfi.

CAPITULUM XXV.

MALCOLMUS autem rex cum Edredo pacem habuit, factò sibi prius ¹ hominio pro Cumbria per Indulfum. Conspirantes namque Northumbros, ac novum sibi statuentes regem, anno regni sui quinto, Malcolmi regis fultus subsidio, crudeli cæde vastavit. Quod ² autem in magnum regni sui dampnum postea cessit. Nam Norguigenfes, & Dani, quos prius amicos diu & ³ foederatos habebat, in ejus & regni maximam offensam excitati, maritimas undique regiones, & portus, multo tempore postmodum insultabant. Solebat autem quoli-

1. *Antea*, homagio. 2. *Deest* autem in *MS. Harl.* 3. *Fideratos MS.*

bet anno, si non majori præpeditus cura, regni peragrare provincias, iudicium faciens raptorum, ac latrocinantium maliciam reprimens, & quantum ^{Fol. 82.a.} in hoc bonis placuit & modestis, tantum malignantibus, ac regiæ pacis ruptoribus, displicuit. Tandem conspiratione quorundam, & ut Annales tradunt cronicae, ² Moraviensium dolo, completis in regno novem annis, cum tribus mensibus, apud Ulrim occisus est, & in Jona cum patribus sepultus Insula. Malcolmo successit Indulfus, filius Constantini, filii Heth Alipedis, qui totidem, ut ipse, regnavit annis, & anno Domini DCCCCLII. necnon Othonis primi xv. regnare coepit. Ad Cumbriæ vero dominium, eo coronato, promotus est Duffus, regis Malcolmi filius, Edredo regi solita fidelitatis fide facta: anno deinde tercio, viz. Indulfi quarto, rex Edredus obiit, & illi successit Edwius Edmundi filius, vir deses & inutilis, quamobrem à suis & pluribus habitus est quasi derelictus. ³ Redditus eo tempore Danorum ac Norricorum rumor sperfus omnes insulanos immodice terruit; nam Scotos non minus quam Anglos exosos habebant. Nec mora, quod verabatur anno sequenti verno tempore facto contigit. Classe quidem quinquaginta navium re-
vecti, prout eos ventorum impetus agebat, nunc australes nunc boreales regni plagas sæpius crudelitate piratica vastabant: dum enim eis rex

1. Deest in in Ed. pr. 2. Moraviencium MS. 3. Redditus MS. *Harl.*
in

in Borea nitebatur occurrere, popularis strepitus ipsos Austrum vastantes succlamabat. Illis tandem una dierum, ut contigit, fufis per cuneos, prope locum qui Collyn dicitur, vastando patriam, rex in abdito, non procul à litore, statuit infidias. nam casu fortuito cum paucis ibidem tunc aderat; sed utinam non adesset. At cum prædones per agros, & villas turmatim ¹ dispersi discurrerent, in eos vociferando concitus irruit, & pluribus occisis, fugæ remedium reliquos arripere compulit. Ipse ² domum, ut ³ erat magnanimus, abjectis, proth dolor! armis, ut ocius insequi fugatos ⁴ poterat, ex una navium spiculo capite percussus, eadem interiit nocte. Cujus, ut decuit honore, corpus ad Insulam Columbæ delatum est, & consueto regali tumulo progenitoribus conssepultum.

De successione regis Duff, cujus post mortem corpus abditum fuit.

CAPITULUM XXVI.

POST QUAM debite profecutæ fuissent regis exequiæ, successit illi Duffus, regis Malcolmi filius, anno Domini ⁵ DCCCCI. superioris Othonis XXIV. quatuor annis & sex mensibus regnavit. Erat enim vir columbinæ simplicitatis quietem ⁶ diligentibus & pacem; rebellium

Fol. 82. b.

1. Dispersi *Ed. pr.* 2. Potius, demum, *cum MS. Harl.* 3. Esset *MS.*
4. Antea, posset. 5. DCCCCLXI. *MS. Harl.* 6. Diligens *MS. Harl.*
quoque,

quoque, prædonum, & latronum severus ultor, terribilis, & cruentus. Tempus suæ regnacionis ab exteris gentibus in pace transegit, aquilonales regni cives à propriis prædonibus oppressi sunt, quamquam rigore juris eorum crebro nequiciam antea mitigasset. Igitur anno quinto partes pacisci cupiens, cum multis adiit, & in Moravia, villa de Foras, varios plectendo malificos aliquamdiu moram traxit. Cum autem, ut solito, cuneos, & turmas, deserta montium, & silvarum scrutanda, paucis secum retentis, emiserat, ex suis secretioribus quosdam vigiles, sui que corporis die noctuque custodes statuit: at illi, quasi nichil timentes, jocis, ludicris, & commessacionibus, regi nullatenus intendebant. Quod nephandis utique grassatoribus minime latuit; unde mox, intempesta noctis hora captata, regium intrantes cubiculum, minus caute repagulis firmatum, ipsum, cum solo cubiculario lecto quiescentem, clam eripiunt; atque per abdita secum loca trahentes¹ peremerunt. Corpus autem occisi regis, nullo protinus vestigio cruoris relicto, sub cuiusdam pontis umbraculo juxta² Kynlos imponunt, fossa viridi terra subtiliter coopertum. Mirum dictu, ab hora deinceps, quousque repertum fuerat, in omni regno Scociæ, solis nequaquam illuxit radius; ymmo quamdiu sub ponte latuit, continua tenebrositas mirabiliter operuit cun-

1. Peruenerunt MS. 2. Antea, Kyulos.

Johannis de Fordun

Etis stupentibus totam humum. Invento postmodum quantocius corpore, sol ipso die solito clarius, ut videbatur, resplenduit, flagicia revelans proditorum. Funus autem ejus scrinio locatum, & aromaticis conditum speciebus, ad Jonam delatum est Insulam, ibidem honorifice sepeliendum.

*De successione Culenii regis & morte, & quadam
1 trufa Anglorum —*

CAPITULUM XXVII.

CULENIUS filius Indulfi regis in regem
2 susceptus, anno Domini DCCCCLXV. & Othonis xxviii. quique, sicut prædecessor, quatuor annis & sex mensibus regnavit. Ad regni vero regimen inutilis & remissus fuit, nichil regale, vel memoria dignum, suis diebus actum est. Nam spreto senatorum consilio, juvenum in omnibus inhærebat vestigiis; quippe virginum violator præcipuus; in procerum ac privatorum uxores libidinosus adulter; imitator in multis Edwii regis Anglorum, nuper defuncti, qui, secundum WILLELMUM, ipso die quo in regem sacratus fuerat, frequentissimo confessu procerum, dum de rebus seriis & regno
Fol. 83. a. necessariis inter eos ageretur, è medio quasi ludibundus prorupit in triclinium, in complexum

Willelmus.

1. Apocryfa à manu recenti in margine MSi. male. 2. Susceptus est anno MS. Harl.

mere-

meretricis devolutus. Iste quidem, dum continue viciis hujusmodi flagiciofis totaliter animum daret, nec ab hiis aliquorum hortatu principum, aut clericorum, reduci poterat, ¹ omnium indigenarum in se provocavit indignacionem. Inter ceteros ² interea nefandissimos actus suos, cujusdam principis, cui nomen ³ Radhardus, pulcherrimam filiam, quam quia sibi sponte pater tradere noluit, invite raptam violavit. Quapropter ab eo postmodum in brevi multorum gaudio peremptus est, dolore protinus perpaucorum. Tulerunt autem corpus ejus, & in Insula Jona cum ceteris regibus sepelierunt. Quoddam mirabile Scotis olim contingens tempore Gregorii scripsissem, sed negligencia, fateor, haectenus omissum, hinc inscribam verbotenus, ut in quadam legenda scriptum est. Ab anno Dominicæ Incarnacionis DCCCLXXXIII. aliquanto tempore interjecto, gentes Scotorum innumerablem coadunato exercitu contra Northumbriæ regem in pugnam, & Lindefarnensem Ecclesiam inter cetera crudelitatis suæ facinora rapinis invadentes, & pacem sancti Cuthberti infringentes, in momento subito hiatu terræ ⁴ absorptæ disparuerunt. Facto namque mane, rex & sui in hostes irruunt, sed, mirabile dictu, quos modo contra se jacula mittere conspiciunt, in eodem statim momento nusquam nec

1. *Antea*, omni. 2. *Præterea MS. Harl.* 3. *Radhardus MS. Harl.* 4. *Absortæ MS.*

unum ex hiis inveniunt. Sicut enim vir Dei Cuthbertus regi spiritu prædixerat, coram eis terra vivos omnes deglutivit. Ut quid in talibus apocryphis aptaret pennam historicus, quibus fidem quilibet sensatus adhibere recusat?

De successione Kenethi, filii Malcolmi, & de contencionibus diversis.

CAPITULUM XXVIII.

SUCCESSIT ei Kenethus secundus post monarchiam, Malcolmi filius, frater regis Duff, vir fortis & prudens, anno Domini DCCCCLXX. necnon Othonis sæpe dicti xxxiii. Regnavit autem in pace feliciter xxiv. annis, & mensibus ix. Omni tempore regnacionis ipse, sui que contemporanei reges Anglorum, Edgarus, ac sui duo filii, beatus viz. martir Edwardus & Ethelredus, fideliter adinvicem diligentes, firmissimæ pacis & amiciciæ servabant alterutris communionem. Eo quoque statim coronato, Malcolnum, filium Duff, successione proximum, si vixisset, in 2^a regulum Cumbriæ libenter Edgarus recepit, sub sacramento fidelitatis consueto. Hujusmodi mutuæ pacis & amiciciæ pactum inter reges & regna, feliciter à regibus Malcolmo Scotorum, & Anglorum Edmundo, primitus initum, absque contencionis aliquo strepitu jugiter & inconcusse centum vi-

1. Successioni MS. 2. Regnum MS. Harl.

ginti perseveravit annis, & amplius, eciam usque Willelmus Bastardus invasit Angliam, & optinuit. Erat enim Edgarus rex felicissimus, pacificacissimus, liberalissimus, ac regibus vicinis & principibus munificencia communicativus; nec mirum, ¹ quoniam à sanctissimi doctoris sui pariter & rectoris Dunstani monitis non recessit. Anno quinto Kenethi regis obiit Otho primus, & illi successit in imperio filius ejus Otho secundus, ac imperavit annis x. Hiis diebus & antea, sed & diu postmodum, incommoda plurima, de varietate successionis regum & principum, diversis mundi partibus emergere coeperunt. Nam hujus Othonis primi regnationis anno quinto, sicut in Historiali Speculo legitur, talis inter imperii principes quaestio successionis exorta est. Utrum viz. deberent, avis superstitibus, filii filiorum post patres defunctos hereditare, an exheredatis fruentibus, deberet hereditas ad patruos redire? Ex Othonis quidem ² omniumque principum sententia, cognicio veritatis judicio gladiatorio commissa est. Cessitque victoria hiis qui dicebant, fratrum filios debere cum patribus hereditare. Anno xv. Kenethi regis obiit Otho secundus, post cujus mortem inter imperii primates oritur ³ itaque ⁴ dissensio, de imperatore substituendo: aliis filio ejus Othoni imperium deberi

1. *Antea*, quia. 2. *Antea*, omnique. 3. *Deest* itaque in MS. Harl. 4. Dissensio MS.

certantibus; aliis à filio ejus imperium transferre volentibus ad Henricum ducem, Othonis primi fratrem. Hic enim Henricus ipsum puerum Othonem factiose¹ raptim in custodia tenuit, quem principes ex ejus extorquentes manibus, in regno sublimant, & regnavit annis XIX. In Galliis siquidem, mortuo rege Ludovico, Francis regnum transferre volentibus ad ducem Karolum, fratrem Lotharii regis, ipsius Ludovici patrum: sed dum ille rem ad consilium differt, regnum usurpat Hugo, filius Hugonis Comitis Parisiensis, ex Hawyde Othonis primi sorore.

De Kenetho, & nova mutacione successionis Imperatorum & regum Scotorum.

CAPITULUM XXIX.

ECIAM ut pericula de cetero successionis imperatorum evitentur, imperii principes unanimi consensu statuerunt, quod, post istius
 Fol. 84. a. Othonis tercii jam imperantis, ac eodem consilio pro tribunali sedentis, obitum, nullus, quocumque sibi gradu, vel consanguinitatis vel affinitatis attingens, ad imperium deinceps² accedere præsumat, si non per officiales imperii præordinatos eligatur. Qui quidem officiales septem sunt, viz. Maguntinensis, Cancellarius Germaniæ. Triverensis, Cancellarius Galliæ.

1. Raptum *MS. Harl.* 2. Accidere *MS.*

Coloniensis, Cancellarius Italiæ. Marchio Brandeburgensis, Præpositus Cameræ. Palatinus Dapifer. Dux Saxonix portans ensẽm. Pincerna Rex Bohemix. Unde versus;

*Maguntinensis, ¹ Triverensis, Coloniensis,
Quilibet imperii fit Cancellarius horum.*

Versus.

Et Palatinus Dapifer; Dux portitor ensis.

Marchio Præpositus Cameræ; Pincerna Boëmus.

Hii statuunt ² dominum cunctis per secula summum.

His de mutacione successionum rumoribus auditis, rex Kenethus priscorum regni sui regum, hætenus intricate regnancium, successionis ritum aboleri ³ voluit, & sobolem propriæ generationis, post quemlibet regem, præ ceteris regni diademate decorari. ⁴ Habebat ipse filium illustrem, Malcolmum nomine, cui regnum ascribi proposuit toto nisu. Statuit igitur omni consensu principum, paucis primitivæ successionis fautoribus exceptis, ut regi cuique ⁵ discedenti de cetero filius aut filia, nepos aut neptis, seu ⁶ linix collateralis frater aut soror, aut saltem quisquis alius regi ⁷ discedenti superstes sanguine proximus, succedere debeat, unius diei licet ætatis infans, cum dicatur, ætas regis in fide subditorum consistit: nulla lege deinceps

1. *Ansea*, Treverensis. 2. *Ansea*, demum pro dominum. 3. *Ansea*, noluit. 4. Habebat autem ipse *MS. Harl.* 5. *Ansea*, decedenti. Et sic in *MS. Harl.* 6. Sic. 7. *Ansea*, decedenti. Et sic in *MS. Harl.*

in hujus contrarium prævalente. Anno Kenethi sexto rex Anglorum Edgarus obiit. Cui filius ejus sanctus Edwardus successit, & tribus annis cum dimidio regnans, Elfridæ novercæ dolo fida perfossus martirio coronatus est. Post quem frater suus Ethelredus, adeptum regnum *Wilhelmus.* triginta septem annis, ut vult WILLELMUS, potius obsedit quam rexit. Ejus, inquit, vitæ cursus sævus in principio, miser in medio, turpis in exitu asseritur. Suam ignaviam prædixit sanctus Dunstanus. Nam cum ipse pusiolum in fontem baptismi mergeret, alvi profluvio sacramentum interpolavit, qua de re turbatus, per Deum, inquit, & matrem ejus, ignavus homo erit iste.

*De Baldredo Rivallesi Abbate, sermonem regis
Edgari recitante.*

CAPITULUM XXX.

BALDREDUS seu ATHREDUS RIVAL-
LENSIS Abbas, de sermone regis Edgari.
Cumque rex Edgarus diligenter Episcoporum,
Clericorum, & Monachorum, vitam & mores
Fol. 84.b. investigatione prudentissima didicisset, convo-
catis Ecclesiarum & Monasteriorum ad se Pres-
biteris, cum eis hujusmodi sermonem habuit.
Quoniam magnificavit Dominus misericordiam
suam facere nobiscum, dignum est, o patres

i. Antea, quum.

Reve-

Reverendissimi, ut innumeris beneficiis ejus dignis respondeamus operibus. Neque enim in gladio nostro possedimus terram, & brachium nostrum non salvavit nos, sed dextra ejus & brachium ejus, ¹ quoniam complacuit illi in nobis. Justum proinde est, ut, qui omnia subjecit sub pedibus nostris, subiciamus & nos illi animas nostras, & ut hii, quos nobis subdidit, ejus subdantur legibus, non segniter elaboremus. Et meum quidem est inter laicos cum æquitatis jure tractare inter virum & proximum suum, justum judicium facere, punire sacrilegos, rebelles comprimere, de manu forciorum ejus inopem eripere, egenum & pauperem à diripientibus eum. Sed & meæ eciam sollicitudinis est Ecclesiarum ministris, gregibus Monachorum, choris Virginum, & necessaria procurare, & paci eorum ac quieti consulere. De quorum omnium moribus ad vos spectat examen, si vixerint continenter, si honeste se habeant ad ea quæ foris sunt, si in divinis officiis solliciti, si ad docendos populos assidui, si victu sobrii, si habitu moderati, si in judiciis discreti. ² Paci vestræ loquor, Reverendi patres, si ista solerti scrutinio ³ scrutare curassetis, non ⁴ tam horrenda & abhominanda nostras ad aures de vestris Clericis pervenissent. Taceo quod nec illis est corona patens, nec tonsura conveniens;

1. *Antea*, quia. 2. *Potius*, pace vestra, *cum MS. Harl.* 3. *Scrutari MS. Harl.* 4. *Cum pro tam in MS.*

quod in veste lascivia, insolencia in gestu, in verbis turpitude, interioris hominis locuntur infaniam. Præterea in divinis officiis quanta fit negligencia? Cum sacris vigiliis vix interesse dignentur; cum ad missarum solennia, ad ludendum vel ridendum magis, quam ad psallendum, congregari videantur. Dicam dicam quod boni lugent, mali rident, dicam dolens, si ¹ tamen dici potest, quomodo defluant in commessacionibus & ebrietatibus, in cubilibus & impudiciciis, ut jam domus clericorum putentur prostibula meretricum, & concionabulum histrionum. Ibi aleæ, ibi saltus & cantus, ibi, usque ² medium noctis spacium, cum clamore protractæ sunt vigiliæ & horrore.

De eodem Sermone regis.

CAPITULUM XXXI.

SIC sic patrimonia regum, elemosinæ principum, ymmo, quod majus est, illius preciosi sanguinis precium, ³ profligantur: Ad hoc nonne thesauros suos exhauferunt reges patres nostri? Ad hoc Fiscus regius detractis redditibus multis detinuit? Ad hoc Ecclesiis Christi agros, & possessiones, regalis munificencia contulit, ut deliciis clericorum meretrices ornentur, luxuriosa convivia præparentur, canes & aves & talia ludicra comparentur? Hæc milites

1. *Antea*, tum pro tamen. 2. *Mediæ MS. Harl.* 3. *Profligatus MS. cla-*

clamant, plebs submurmurat, mimi cantant, & saltant, & vos negligitis, vos parcitis, & vos¹ diffimulatis. Ubi gladius Levi & zelus Simonis, qui ut² scorto abutentes filia Jacob Sichimitas, eorum habentes figuram, qui Christi Ecclesiam pollutis actibus foedant, etiam circumcisos succiderunt? Ubi spiritus Moyfi, qui caput vituli adorantibus, etiam domesticis sui sanguinis, non pepercit? Ubi pugio³ Phinees sacerdotis, qui fornicantem cum Madianita confodiens, sancta⁴ hac æmulacione Domini⁵ placuit iram? Ubi spiritus Petri, cujus virtute punitur avaricia, hæresis Symoniaca condempnatur? Æmulamini, ô sacerdotes, æmulamini vias Domini, & justicias Dei vestri. Tempus faciendi contra eos, qui dissipaverunt legem Domini Dei. Ego Constantini, vos Petri gladium habetis in manibus. Jungamus dexteras; gladium gladio copulemus, ut eiciantur extra castra leprosi, ut purgetur sanctuarium Domini, & ministrent in templo filii Levi, qui dixit patri & matri nescio vos, & fratribus suis ignoro illos. Agite, quæso, sollicitate; ne poeniteat⁶ nos fecisse quod fecimus, dedisse quod dedimus; si viderimus illud non in Dei obsequio, sed in pessimorum luxuria, impunita consumi libertate. ⁷ Moveant⁸ vos sanctorum reliquiæ, qui-

1. Diffimilatis MSS. 2. Scorte MS. 3. Finecs MS. 4. Hec MS. 5. Malim, placavit, cum MS. Harl. 6. Vos MS. Harl. 7. Moneant MS. Harl. 8. Antea, nos.

Johannis de Fordun

bus insultant; veneranda altaria, ante quæ infaniunt: ¹ moveat vos antecessorum ² vestrorum mira devocio, quorum elemosinis vesania clericorum abutitur. Prædecessores & proavi ³ nostri quanta contulerunt Ecclesiis, vestram ⁴ Paternitatem non latet; quibus donariis altaria Christi cumulaverunt, meminisse vos decet. Habes, ô pater Dunstane, habes hîc tecum venerabilem patrem Ethelwoldum Wintoniensem Episcopum, habes Reverendissimum præfulem Wigorniensem Oswaldum, vobis istud committo negocium, ut, & Episcopali censura, & auctoritate regia, turpiter viventes de Ecclesiis eiciantur, & ordinate viventes inducantur. Sencientes igitur beati patres manum regis bonam secum, ab Ecclesia Wyntoniensi, & Vigornienfi, & aliis pluribus, inhoneste viventes expulerunt, inducentes viros religiosos, qui novo quodam splendore totum regnum illustrarunt! O vere beata tunc Ecclesia! quam tanta ⁵ Monachorum, & Virginum, adornabat integritas; quam devocio plebium, moderacio militum, judicum æquitas, terræ fecunditas, lætificabant. Tunc enim homines Deo, terra hominibus, coelum Fol. 85.b. terræ, justiciæ fructu, ⁶ aërum temperie, debitum præstabant ⁷ officium. Istum hîc regium

1. Moneat *MS. Harl.* 2. *Annea*, virorum *pro* vestrorum. 3. *Vestri MS Harl.* 4. Paternitatem, ô Dunstane, non lat. *MS. Harl.* 5. Clericorum *pro* Monachorum *in MS. Harl.* 6. *Aieris MS. Harl.* 7. Officium. Hæc ille. Istum *MS. Harl.*

inſcripſi ſermonem, ut volentibus cedat in exemplum.

*De mirabili prodicionis instrumento, pro eodem rege
Kenetho decipiendo, & blanditiis verſutæ mulieris.*

CAPITULUM XXXII.

ODERUNT autem Kenethum regem, & filium ſuum, alterius ſucceſſionis principes, ſe jam privatos aſſerentes antiquitatis ſolito ſuccedendi titulo, quorum præcipui Conſtantinus Calvus, filius Culeni regis, & Grime, filius Kenethi, filii regis Duff, eorum continue mortem machinati, tandem ad ſcelus hujusmodi complices inveniunt perpetrandum. ¹ Conſenciit actibus eorum, & conſilio, filia Cruçhne, Comitæ de Angus, cui nomen Finele, cujus unicum filium, ſive legis ſeveritate, vel factò, vel alio quovis eventu, nescio, dudum apud ² Dounſynane occidi juſſit. Hæc igitur verſuta mulier, in mortem regis ardentè aſpirans, in viſum antea quoddam decipulæ genus, in ſecreciori domunculo fieri fecit. Habebat enim affixas ex omni parte ³ decipula baliſtas, ſingulis ſemper extenſas funibus, & acutiſſimis paratas jaculis, earumque medio ſtatuam in modum pueri ſtāntem, ⁴ artifice baliſtis an-

1. Conſenſit *MS. Harl.* 2. *Antea*, Dounſynane. 3. *Antea*, decipulæ. 4. Artificio *MS. Harl.*

nexam,

nexam, quam si quis quomodocumque motam tetigerit, ipsum, mox solutis undique balistarum laqueis, emissa statim jacula terebrarent. Hujusmodi quoque patrandi sceleris opere perfecto, memorata superius mulier nequam, regi semper vultum prætendens hillarem, verbis tandem dolosis blandiens decepit. Rex autem una dierum, cum paucis, nec procul à mansione propria, venatum pergens, ¹ filius hinc inde bestias agitando canibus, ² juxta villam ³ Fethircarne, qua mansit proditrix, venando, divertere casu contigit, quem illa videns, flexis genibus, suam adire domum importune rogitat; alioquin, ait, apud tuæ majestatis gratiam infallibiliter reputo me suspectam. Sed novit Deus, tuque rex statim scies, quod licet de me malignorum dicet multifarie menciendo loquacitas, tibi semper & fui fidelis, & ero vita comite. Nam quicquid nequissimo filio meo nuper fecisti, non immerito sed juste factum optime novi. Et accurrens regis in aure + suffurra, proditores tuos, inquit, filii mei maledicti complices, tibi Domino meo, prodicionisque modum, dummodo mecum adveneris, explicabo. Me vero secum in tua deceptione conjuratam associare sperabant, sed eorum nephandis assentire prodicionibus statim abnui: Fol. 86. a. Veruntamen me sua nuncquam secreta prodere,

1. *Potius, filvis, cum MS. Harl.* 2. Et juxta *MS. Harl.* 3. Fethircarum *Ed. pr.* 4. *Sufurrat Ed. pr.*

tactis ¹ evangeliiis, Sacramento coëgerunt: & quamvis hoc eis jurata promiseram, tibi nichilominus, Domine mi rex, cui præ ceteris firma debetur & legia fidelitas, ² falsissima fuiffem & proditrix, discrimen tui corporis occultando. Nam contra regię majestatis salutem conjuracio nulla tenet, quis ignorat?

De prodiciofa morte ejusdem regis Kenethi, & promotione filii sui.

CAPITULUM XXXIII.

³ SIC quoque dolosa mulier regis animum callide seducens, ipsum, proth dolor! nimis sibi credulum domicilio cunctis annitentibus secum traxit. Quid plura, quid in dolendis moror? Post descensum ab equo regem, ocus manu domo, qua latuit decipula, solum induxit, & quasi proditorum archana revelandi gracia, sicut promiserat, hostio retrorsum clauso, statuam sibi, quæ tocius pedicæ vectis fuerat, ostendit. Illi quidem, quidnam sibi velit hæc statua sciscitanti, respondit arridens: Hanc, Domine mi rex, quam cernis statuam, si quis sui capitis tangendo moveret verticem, mirabilis ex ea ludus exiet & jocundus. Ille vero doli latentis omnino nescius, ad se manu caput machinæ faciliter attrahens, balistarum vectes exsolvit & ansas, unde subito jaculis ex omni

1. Ewangeliis MS. 2. Falsissima MS. 3. Sicque dolosa MS. *Harl.* parte

parte laxatis trajectus est, nec verbum amplius emittens occubuit. Illa deinde festina proditrix, per posticum exiens, ad tempus se silvarum abdidit umbraculis. Sed paulo postmodum secuta suos pervenit ad fautores. Comites quoque regii suum diu præstolantes è domo reditum, quid inibi tardaret mirantur: denique pulsantes præ foribus diligenter januam, cum nichil audissent, furentes ipsam confregerunt. ¹ Cognito mox ejus interitu clamor ingens attollitur, eciam huc illucque quærendo malificam frustra curritur, nec inventientes, nescii quid agerent, opidum igne consumptum in cineres redigunt, ac cruentatum corpus regium secum ferentes, in Jona brevi postmodum, cum patribus more regio sepelierunt. Ipsius Kenethi circa vicesimum annum, postquam successionis statuta firmasset, defuncto Malcolmo filio Duff, Cumbriæ regulo, filium suum Malcolmum, ejusdem Domini regulum efficere volens, Anglorum Etheldredo regi misit, à quo, sub præactis, ut supra, fidelitatis & ² hominii condicionibus, sponte susceptus est.

1. Cognita *MS.* 2. *Antea*, homagii.

*De successione regum Constantini Calvi, & Gryme
filii Kenethi.*

CAPITULUM XXXIV.

CRASTINO quoque die post regis mor-^{Fol.86. b.}
tem, Constantinus Calvus, filius Culenii,
de quo superius fit mencio, ducens secum quos
habuit fautores, publica constitucione despecta,
sedem invasit regiam, & paucis procerum an-
nitentibus, capiti proprio regni coronam im-
posuit, anno Domini DCCCCXCIV. & tercii O-
thonis undecimo. Quamobrem diutina seque-
batur, & magni temporis, incolarum divisio,
plebium strages, turbacio cleri; magnatum
eciam & regum miseranda contigit cædes, ac
multorum sanguinis effusio innocentum; & ut
breviter concludam, regni finalem, ac tocius
Scotici generis, everfionem advenisse multi spe-
rabant, si non divinæ miseracionis pietas mise-
reri cicius suæ dignaretur genti, licet multi-
farie peccatrici. Duravit interim ista maledicta
clades novem annis; & adeo perniciose, quod
cui certancium, sive Constantino, quia coro-
nato, sive, cui jura favebant, Malcolmo, potius
obediret, quisquis penitus ignoravit. Tenuit
ipse regnum, postquam invaserat, nec tamen
pacifice, per annum & ¹ dimidium; nam jugiter
illi molesti ² fuerunt Malcolmus, ³ suusque pa-

1. Dimedium MS. 2. Ferunt MS. 3. Suisque patrinis Ed. pr.

truus Nothus nomine Kenethus, non ignotæ probitatis miles, qui totis viribus præ ceteris ipsum occidere temptabat, indefessus persecutor. Non enim à proposito destitit, donec uno die, five casu five proposito certum non est, in Laudonia, juxta ripam ampnis Amonde, invicem obviantes, ad pugnam congressi, post multorum partis utriusque cædem, ambo duces perempti sunt; manum tamen superiorem Kenethum referunt habuisse. Fugerunt interim, qui Constantini præsidio fuerant, ad Gryme, filium Kenethi, filii Duff, suum Collegam, ¹ quoniam & ipse præcipuus ² pristinæ successione executor ³ secum fuit. Hic absque mora, junctis sibi benevolis, eo jure quo prædecessor, insignia regia suscepit, anno Domini DCCCCXCVI. sed & Imperatoris Othonis tercii decimotercio; regnavit autem annis VIII. cum tribus mensibus. Malcolmus vero parum ante conflictum, dictante fortuna, Cumbriam adierat, & per quindenam ⁴ vix ibi residens, audivit ab hiis, qui dicta finaliter intererant pugna, de nece patru, ceterorumque suorum fidelium, eciam & regni pervasione. Igitur confestim rediens, congregatis quibuscumque mox auxiliariis, Gryme, tunc erectum in regem, & suos quoscumque fautores multimodis vexabat incommodis: ⁵ at ille toto nisu resistens, eadem mensura sibi suis-

Fol. 87. a.

1. *Antea*, quin. 2. *Prestinæ MS.* 3. *Deest secum in MS. Harl.*
4. *Deest vix in MS. Harl.* 5. *Ac MS.*

que,

que, nec minore crudelitate, gravissimum intulit dampnum, & sic ab utrisque miserum & exile vulgus oppressum diu jacuit pessundatum.

De Cumbriæ regulo præfato Malcolmo, nolente tributum solvere Danis pro Cumbris, sicut ceteri Provinciales.

CAPITULUM XXXV.

ANTE parum, & hiis¹ itaque diebus, Anglici Danis tributa pro pace dederunt, primo decem milia, deinde sexdecem, mox vigintiquatuor, & ultimo triginta milia librarum.² Deinde rex Ethelredus, regulo Cumbriæ supradicto Malcolmo scribens, per nuncium mandavit, quod suos Cumbrenses tributa solvere cogeret, sicut ceteri faciunt provinciales. Quod ille protinus contradicens rescripsit, suos aliud³ nullatenus debere vectigal, præterquam ad edictum regium, quandocumque sibi placuerit, cum ceteris semper fore paratos ad bellandum. Nam pulcrius esse dicebat, ac multo præstancius, viriliter gladio, quam auro defendere libertatem. Hac causa quidem, & sicut rex in ira motus asseruit, eo quod regulus contra Sacramentum sibi debitum Danis favebat, maximam ex Cumbria prædam arripuit, postea tamen concordēs per omnia statim effecti, pace firma de cetero convenerunt. Hæc

1. *Deest itaque in MS. Harl.* 2. *Unde MS. Harl.* 3. *Nulatenus MS.*

autem Cumbriæ prædacio per regem Ethelredum facta fuit anno Domini m. regis vero Gryme anno quinto. Ejus autem anno septimo, idem Ethelredus omnes Danos uno die, viz. sancti Bricii, per totam Angliam, consilio ducis Edrici proditoris, occidi jussit, inter quos nobilem feminam Gunyldem, regis Swani¹ Dacor²is sororem. Quamobrem furibundus postmodum Angliam adveniens, apud Sandwik applicuit, & in² ultionem tanti sceleris, eam rapinis, & cædibus, ac provincialium erasis opibus & ad naves cum obsidibus deportatis, non ut Dominus secundum WILLELMUM, sed ut tyrannus atrocissimus totam enormiter³ distruebat. Octavo quidem anno dicti regis Othoni tercio successit Henricus, Imperator primus electus, de cujus electione superius habes capitulo septimo; & imperavit annis xxii. Hic fororem suam Gillam Hungarorum regi Salamoni dedit uxorem; erat enim hæctenus ydolatriæ deditus, sed uxoris hortatu, cum tota gente sua Christianismum suscepit, & in baptismo mutato nomine, dictus est Stephanus. Cujus merita per Hungariam usque diem hodiernum magna miraculorum gloria commendantur.

Wilhelmus.

Fol. 87.b.

1. Dacorum *MS. Harl.* 2. *Antea*, ultiones. 3. *Sic.*

*De condicionibus Anglorum notatis in Policronicon,
& de quadam propheta.*

CAPITULUM XXXVI.

TEMPORE vero supradictæ Coronacionis Ethelredi, sanctus Dunstanus hæc mala, quæ modo superveniunt Anglis, spiritu prophético ¹ prænuñciavit, sibi dicens: WILLELMUS *Willelmus.* Quia, inquit, per mortem fratris tui ad regnum aspirasti, audi verbum Domini; ² hæc dicit Dominus Deus, Non delebitur peccatum ignominiosæ matris tuæ, & virorum qui interfuerunt illius consilio ³ nequam, nisi multo sanguine miserorum provincialium. Et venient super gentem Anglorum mala, qualia non passa est ex quo venit in Anglia usque tempus illud. De condicionibus Anglorum Policronicon libro primo cap. ultimo. EUGENIUS PAPA dixit, *Eugenius Papa.* gentem Anglicam ad quæcumque fore vellet idoneam, nisi levitas animi impediret: & sicut Hannibal negabat, se posse vincere Romanos nisi ⁴ in propria patria, ita gens Anglica, dum peregrinatur, ⁵ invincibilis est, in sedibus ⁶ vero propriis ⁷ facilius expugnatur. ⁸ RURSUS IBIDEM. Gens ista quæ sua sunt fastidiens, vituperat propria, commendat aliena, de status sui gradu

1. *Antea*, pronuñciavit. *Et sic etiam MS. Harl.* 2. *Antea*, hoc. 3. *Antea*, neque. 4. *Antea*, è pro in. 5. *Antea*, ducibilis. 6. *Antea* omitebatur, vero. 7. Facilliter *MS. Harl.* 8. *Antea*, Et ib.

vix unquam contenta, quod alterius congruit, libenter in se repræsentat. Immo ¹ nonnulli genus omne ² circumeuntes nullius generis sunt; omnem ordinem attemptantes, nullius ordinis sunt: nam in gestu sunt histriones, in affatu citharones, in convictu nebulones, in quæstu caupones, in apparatu sunt tirones, in lucris agri Dædali, in cubilibus Sardanapalli, in templis simulacra, in curiis tonitrua; sed & in cunctis passim Angligenis tanta vestium varietas, & apparatus multiformitas inolevit, ut neutri jam generis quilibet pene ³ censeatur.

Prophecia.

De qua re prophetavit quidam sanctus Anachorita, temporibus primis Ethelredi regis in hunc modum: HENRICUS libro sexto. Angli quia prodicioni, ebrietati, & negligenciæ domus Dei dediti sunt, primo per Danos, deinde per Normannos, & tercio per Scotos, quos vilissimos reputant, erunt conterendi. Horum quoque trium contagiorum duo, viz. prodicionis & gulæ, per Danos primo, per Normannos secundo, verificata sunt, tercium vero negligenciæ domus Dei per Scotos restat hætenus verificandum.

Fol. 88.a.

1. Nonnulli eorum genus *MS. Harl.* 2. Circuentes *MS.*
3. Senfeatur *MS. Harl.*

De causa cladis per Danos Anglis illatæ &c.

CAPITULUM XXXVII.

LIBET igitur ¹ præactæ cladis Danorum Anglis illatæ causam, ad audiencium five legencium futurorum cautelam, breviter hiis scriptis intimare. IN TABULA LONDONIÆ. In Anglorum quidem ecclesia ² primitiva religio clarissime resplenduit, ita ut reges & reginæ, principes & duces, consules & barones, ac ecclesiarum rectores, coelestis regni desiderio succensi, monachatum, spontaneum exilium, vitam solitariam certatim appetentes, relictis omnibus, Dominum consequerentur. Processu vero temporis adeo in eis omnis virtus emarcuit, ita ut nulla gens prodicione vel fraude eis confimilis videretur. Nec erat eis invisum aliquid nisi pietas & justitia; nec quicquid ³ pervisum, nisi bella plusquam civilia, & sanguinis effusio innocentum. Misit igitur eis Deus omnipotens gentes paganas & crudelissimas, velut apum examina, quæ ⁴ nec quidem sexui muliebri aut parvulorum parcerent ætati, Danos scilicet & Norguigenfes, Gothos & Swethedos, Wandalos & Frisos, qui ab exordio regis Ethelwlf, usque ad Normannorum adventum, per annos ferme ducentos triginta, terram hanc peccatricem à

1. Præacta MS. 2. Primativa MS. 3. Provisum MSS. 4. Ne Ed. pr.

mari usque ad mare, & ab homine usque ad pecus deleverunt. Sic quidem Angliam crebro & undique invadentes, non solum eam subjungere ¹ ac possidere, sed ² prædari & perdere satagebant. Qui si aliquando vincerent Angli, non proficiebant, cum alibi classis major & ³ exercitus ex improvîso & subito adveniret. Nimirum dummodo reges Anglorum in plagam regni orientalem contra illos tenderent pugnatûri, ⁴ antequam turmæ appropinquarent hostibus, dicens nuncius advolabat, quoniam rex iter sumis? ecce ⁵ nunc classis paganorum innumérabilis ex australi parte regni litora occupans, urbes & villas prædans ferro, ⁶ quæque sibi obvia & incendio conflagravit. Nec ⁷ minus ideo rumor hujus ab oriente, vel occidente, aut aquilone superveniens, omnem indigenis spem salutis ademit; sicque tot malis ac rumoribus sinistris reges cum ⁸ objectis cordibus ⁹ dissecantes contra hostiles incursiones dubium certamen inibant: unde contigit, ut quandoque cives quandoque vincerentur & hostes, unde quidam metricè:

Fol. 88. b.
Versus.

*Cernitur in gestis Anglorum plurima pestis,
Captivis, mæstis, miseris est Anglia testis;
Sunt nam bis bina, fraus, fastus, ¹⁰ guerra, rapina
Plana, quibus pœna manus est Anglis aliena.*

1. *Anica*, &. 2. *Anica*, prædare. 3. Sic. 4. Antiquam *MS.*
5. *Anica* omitebatur, nunc. 6. *Anica*, & quæque. 7. Minus, imo rumor *antea*. 8. Sic *MSS.* abjectis *Ed. pr.* 9. Dissecantes *MS.*
10. Guerra *MS.*

*De occisione regis Gryme per Malcolmum filium
Kenethi.*

CAPITULUM XXXVIII.

INTER Malcolmum ¹ vero, filium Kenethi de quo tactum est, & regem Gryme durante litigio, dampna regnicolarum per annos octo continuata quis poterit in omnibus explicare? libencius tamen multo favet populus ² hiis, quæ per ipsum ³ quam per regem fiebant: nam in omni re militari, tam ⁴ serio quam joco, nulli pene secundus in regno floruit. In vibrandis sive jaciendis ensibus aut lanceis peritum, ⁵ famem, sitim, frigus, atque vigiliis ad diu, quod mirum est, tolerantem, annales tradunt historiæ. Igitur per regni sæpius peragrando partes, ab insidiis Gryme se caute muniens, optimatum sibi multorum conglutinavit animos, & ad suæ fidelitatis sacramentum clam illexit: vulgus quoque reliquum, quia variis eum virtutibus sciebat præditum, ac abilitate corporis & forma floridum, omni voto suum laudibus nomen & famam extollere cœpit, atque dignum se regno præ ceteris, quia ⁶ viris pociorem eiam in aperto prædicabat. Hujusmodi vero favore populi quorundamque prin-

1. *Antea omittebatur, vero. Et quidem deest in MS. Harl.* 2. *Antea, eis, qui per ipsum non per &c.* 3. *Quam quæ per MS. Harl.* 4. *Serie MS.* 5. *Fame MSS.* 6. *Juris MS. Harl.*

cipum instigatione roboratus, continuo mit-
 tens ad regem, per nuncios unum è duobus eli-
 gere mandat, ut vel evacuata fede regia, coro-
 nam, quam hæctenus, sicut suus prædecessor,
 injuste tenuit, abiciat, aut campestri bello tur-
 mis bellancium ambo juncti, vel solus cum solo
 si placuerit, justo se Dei committentes judicio
 configere, quis eorum alteri subici debeat quo-
 quo jure. Unde multum Gryme indignatus,
 ipsum arbitrans non posse resistere, confestim
 cum suis, in quibus confidebat, cum eo bellan-
 dum profectus est; at econtra, Malcolmus eo-
 dem proposito cum paucis obviam sed electis
 audacter pergens, oportunum usque bellandi
 devenit campum, cui nomen ¹ Achnebard, in
 quo signis utrinque collatis congressi, bellum
 crudele de tantis agminibus commiserunt. Rex
 tandem pugnando fortiter mortali vulnere fau-
 ciatus, & à suis è bello repente ductus, ea-
 dem interiit ² nocte. Ceteri quidem omnes suæ
 partis hæc videntes fugerunt, sicque felici suc-
 cessu Malcolmus triumphum optinuit atque re-
 gnum. Postera vero die, cum de morte regis
 Fol. 89. a. Verum audisset, suis præcepit familiaribus, ut
 nihil timentes funus ejus tollerent, & in sepul-
 cro regum insula Jona sepelirent.

1. *Antea*, Athnebard. 2. *Antea*, nocte : & cæteri.

*De successione regis ejusdem Malcolmi, & filia sua
Beatrice nupta Crynyn.*

CAPITULUM XXXIX.

POSTQUAM vero Malcolmus victoriam, ut præmittitur, optinuisse, non sibi statim nomen assumpsit regium, sed, convocatis regni principibus, coronam ab ¹ eis sibi dari, si jura permetterent, nec alias, humiliter ² exegit. At illi regię successionis legem, patris sui diebus statutam, per omnia ratam habentes, ipsum repente regem constituunt, regni diademate coronatum. Regnare cœpit anno Domini MIV. ac Imperatoris Henrici sæpediti secundo, ³ regnavitque feliciter annis xxx. fortis bellator & victor cujusque gentis ⁴ conterminæ suam molientis audaciam ⁵ experiri. Non enim ipsum aliquam habuisse sobolem legimus, præter ⁶ unicum filiam nomine Beatricem, magnæ strenuitatis & potenciæ viro nuptam, Crynyn Abthano de Dul, ⁷ ac insularum Senescallo; de quo quibusdam annalibus, vicio scriptoris, reperitur Crynyne Abbas de Dul; sed verius scripsisset Abthanus de Dul; ⁸ derivatur autem Abthanus ab Abba, quod est Pater, vel Dominus, & Tha-

1. *Antea*, iis. 2. *Antea*, exegit; ac illi &c. 3. Regnavitque annos xxx. *antea*. 4. *Antea*, continue pro conterminæ. 5. *Antea*, experiri; non eum ipsum. 6. *Antea*, unam f. n. Beatrice, &c. 7. *Antea* omitebatur, ac. 8. *Sic*.

na, quod est respondens vel numerans, unde Ab-
 thanus quasi Thanorum supremus, ¹ vel eorum
 sub rege dominus, cui tenentur annuatim de
 suis firmis & redditibus domino regi debitis
 respondere. Abthanus autem regales habet
 numerare redditus, & Fiscalia, velud officio
 fungens Iconomi sive Camerarii. Idem autem
 Abthanus ex uxore sua filium genuit, nomine
 Duncanum, qui postmodum avo suo ² decedenti
 regno successit, ut infra patebit. Iste Malcolmus,
 ubilibet Deo favente, tanta victoriarum hostes
 vincendo triumphavit gloria, quod in omnibus
 ipse quibuscumque sui fit mencio scriptis, sem-
 per pro titulo rex victoriosissimus appelletur.
 Danorum vero piratas sæpe de navibus ad ter-
 ram egressos, & partes regni mari contiguas
 deprædantes, ternis vicibus casu feliciter cir-
 cumventos devicit: semel etiam ab indigenis,
 eo tamen absente, fugati sunt. ³ Ochredum ita-
 que Comitem Anglicum, sed Danis subditum,
 cujus inter eos similtatis exortæ causam nescio,
 Cumbriam prædari conantem, receptis prædis,
 juxta Burgum bello difficili superavit. Primis
 pene diebus post suam coronacionem in ⁴ aequi-
 lonis partibus, grandi navigio ⁵ Norguigenfium
 exercitus adveniens, & moram inibi destruendo
 diu protelans, per eum bello noctu ⁶ deletus

1. *Anlea*, ut *pro* vel. 2. *Discedenti MS.* 3. *Anlea*, *Othredum*.
 4. *Aquilonalibus MS. Harl.* 5. *Norguigencium exercitus MS.*
 6. *Delatus MS.*

est, ¹ adeo quod pauci, navitis exceptis, evadentes belli cladem, domi ceteris nunciarunt. Tri-^{Fol. 89.b.}ginta de suis tantum perdidit: unde diu post hoc bellum ab eorum incurfu terra filuit. Con-
 fimilis olim belli victoria Gneo Pompeio contingit, cui delatum est bellum à senatu contra Mitridatem, minoris Armeniæ regem, quem, ut refert Eutropius, nocturno proelio vicit, castra ² dirupit, quadraginta milia suorum occidit, viginti de suo ³ tantum ⁴ exercitu perdidit, & duos centuriones.

De eodem Malcolmo, & fundacione Episcopatus apud Marthillach, nunc vero translati apud Aberdon.

CAPITULUM XL.

DANIS atque Northumbris, qui tunc velut una gens coierant, Cumbriam vastantibus, adventus eorum aliquando per nepotem Duncanum, rex prævisus occurrens, magnam ⁵ exercitus partem misera cæde prostravit: dederat enim ei Cumbriam antea, regis Ethelredi consensu nondum optento, quia transitus ⁶ ad regem per regnum securus non erat, ⁷ tamen ob metum Danorum, qui tunc per regnum adeo libere vagabantur, ut per quinquaginta miliaria prædam ad naves conveherent, nullas pro-

1. *Antea*, adeoque pauci, nautis. 2. *Antea*, diripuit. 3. *Antea*, tamen. 4. Exercitu *MS.* 5. Exercitus *MS.* 6. Per regem ad regnum *MS. Harl.* 7. Sic *MSS. F.* tum.

vincialium formidantes infidias, tum ob indigenarum prodicionem, qui nec suo regi, secundum *Wilhelmus.* WILLELMUM, servabant fidelitatem. IDEM WILLELMUS. Si quid, urgente necessitate, rex & duces ¹ arcanum & utile decrevissent, statim ad Danos deferebatur per proditores, quorum præcipuus defamatur ² Educus, quem rex comitatu Merciorum præfecerat, fex hominum, & dedecus Anglorum, versutus nebulo, ³ dissimulare cautus, fingere paratus, consilia regis ut fidelis venabatur, ⁴ ut proditor disseminabat, ad hostes sæpe missus pacis mediator pugnam ⁵ accendit. Anno regni sui VII. de multimodis sibi collatis à Deo beneficiis continue recolens, quid illi retribuere mente sollicita revolvit. Spiritus ⁶ Sancti tandem operante gracia, divinum augere cultum corde concipiens, novam Episcopalem constituit sedem apud ⁷ Murthillach, non procul à loco, quo, superatis ⁸ Norguigenfibus, victoriam optinuit, ecclesiis ac prædiorum redditibus plurimis prædotatam. Hujus autem ⁹ Dioecesis sive territorium, ab amne sive fluvio, qui dicitur ¹⁰ Dee, transversum protendens usque fluvium de Spee, dirigi voluit. Ad hanc sedem primus Episcopus vir sanctus & episcopatu dignus, cui nomen ¹¹ Reyn, ad

1. *Antea*, arcanum utile decrevisset. 2. Edericus *MS. Harl.*
 3. Dissimulare *MS.* 4. Et proditor dissimulabat, *MS. Harl.* 5. Accendit. Hæc ille. Anno *MS. Harl.* 6. Sui pro Sancti in *Ed. pr.*
 7. *Antea*, Mirthillach. 8. *Antea*, Norguigenfibus. 9. Dioecesis *MS.*
 10. De *MS.* 11. Sic *MS. Antea*, Reyn, Ethelredus vir sanctus, ad Regis &c.

Regis instanciam, à domino Papa Benedicto Fol. 90. a. promotus est. Anno ¹ XIII. rex obiit Ethelredus, vir, secundum WILLELMUM, miseris *Willelmus.* & laboribus natus, cui successit filius ejus Edmundus Irynside, ex filia Thoreti comitis genitus, & anno secundo prodicione prænominati proditoris ² Educi nequiter occisus est, de quo prolixior libro sequenti sermo fiet. Post quem Cnuto Danus Suani filius ab omni statim Anglia susceptus est in regem, expulsis ³ interim veris heredibus dicti scelere proditoris, ut idem liber subsequens declarabit. Anno XXII. Domini viz. MXXV. primus electus Imperator Henricus obiit, cui ⁴ succedens Corradus secundus, annis xv. imperavit. Anno Corradi ⁵ VII. Cnuto rex Romam ⁶ peregre proficiscens, ac ibidem elemosinis peccata redimens, post aliquanti temporis spacium in Angliam est reversus.

*De contencione regis Malcolmi contra Cnutonem
Danum pro Cumbria, & ejus morte.*

CAPITULUM XLI.

NON enim hætenus Anglorum regi Cnutoni, quia regnum invaserat, pro Cumbria Duncanus, quamquam iterum & iterum ab

1. *Antea*, XIII. obiit, vir secundum *Ec.* 2. Ederici *MS. Harl.*
3. Interim filiis suis Eadmundo & Eadwardo veris regni heredibus d. s. pr. ut liber quintus subsequens decl. *MS. Harl.* 4. *Antea*, succedit. 5. *Antea*, VIII. 6. *Antea*, peregrinatione pro peregre.

eo summonitus, ¹ hominum fecerat, quia non inde sibi de jure, sed regibus Angligenis fidem deberi rex rescripsit. Quapropter à Romana peregrinatione rediens, confestim magna cum ² armorum potencia, Cumbriam suo subdendam dominio pedetentim advenit. Cui rex forti præsidio suffultus obviam perrexit, æque per omnia paratus ad pugnam: sed, Deo volente, Præfulum ac ceterorum interventu proborum, ad hanc, quæ sequitur, adducti sententiam conveniunt, ut viz. regis nepos Duncanus, Cumbriæ dominio libere, sicut prædecessorum aliquis liberius tenuit, de cetero gaudeat in futurum; dum tamen ipse, futurorumque regum heredes, qui pro tempore fuerint, regi Cnutoni ceterisque suis successoribus Anglorum regibus, fidem consuetam faciant; & sic ³ ab invicem in pace discedunt per omnia concordati. Præcedencium ⁴ quippe duorum regum, Constantini scilicet & Gryme, qui juste per eum & suos, ut putabatur, occisi fuerant, quidam ex stirpe progeniti, nequando se rex suspectos habeat, ejus dolose flagitant amiciciam, nec astricti, fidem sibi firmam jurantes, quæ semper & hosti publico servari convenit, suum nichilominus spirabant ad interitum. Illorum autem animos ⁵ etiam & ipse sibi benevolos in-

1. *Antea*, homagium. 2. Armatorum *MS. Harl.* 3. *Antea*, abeunt *pro* ab invicem. 4. *Antea*, nempe *pro* quippe. 5. *Antea* omitebatur, etiam.

ducere volens, sæpius eos donis & redditibus Fol. 90. b.
 ditare laborat, sed in vanum; nam ea raro,
 quæ duris radicata sunt ossibus, evelli poterint
 molli carne. Factum est autem postea, dum
 quadam die solita cum equitum curia, nescio
 quo vel quid agendum negotii, per viam, qua
 tenderat, profectus est; quod perfidis grassato-
 ribus, investigatione diligenti præhabita, verum
 patuit, & orbitam juxta ¹ Glammis, per quam
 iturus esset, satellitum suorum latrunculis in-
 tempestæ ² noctis obstruentes, ipsum, nichil ³ hu-
 jusmodi tyrannidis præmeditantem, ex insidiis
 effusi subito circumveniunt. At ille quidem im-
 perterritus cum suis in eos audacter irruens,
 mox copias eorum, quæ suis tricies plures fu-
 erant, occisis proditorum majoribus, victoria
 lugubri superavit; Rex, proth dolor! in pugna
 vulneratus, per tres dies superveniens, cruoris
 tandem profluvio, qui sisti nequeat, in mortem,
 cunctis ⁴ dolendum Scotigenis, octogenarius &
 supra resolutus est. Sic quidem felicitatis vi-
 ctoriæ munus, quod Deus viventi frequenter
 contulit, etiam & morienti ⁵ gratis eidem id
 donavit.

1. *Ansea*, Glarmis. 2. *Potius*, noctis tenebris obstr. cum *MS. Harl.*
 3. *Ansea*, hujus pro hujusmodi. 4. *Sic MSS.* Dolendam *Ed. pr.*
 5. *Ansea*, grate.

Johannis de Fordun

*De vicio prodicionis, omnium viciorum vilissimo,
ab omnibus execrando & cavendo.*

CAPITULUM XLII.

NEQVE vero tantæ probitatis & excellenciæ rex, tantæque fortitudinis invictæ princeps, necnon tantæ virtutis & audaciæ miles evadere posset, quin sceleratorum occumberet sævicia proditorum. O nephanda proditorum rabies! O maledicta prodicionis occultæ condicio, quæ nuncquam præter in se confidentes, & quos fide tenetur, præcipue decipit! O malum malorum omnium incomparabiliter foedissimum, & cunctis hominibus execrandum! Vere proditor, quia fidem perdit, homo non est, nec alio nomine dignus, ¹ quam quod renunciando fidem sponte suscepit, hoc est, proditor. Fides, dicit Philosophus, firmissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate fallendum cogitur, nullo præmio corrumpitur, qui sine fide est, omni vero bono vacuus est. Error iste, quem odire debet quicquid odire potest; in hoc errore detenti, quantum ad hoc, dæmonibus deteriores sunt. AUGUSTINUS. Qui palam adversarius est, facile cavendo vitari possit; hoc occultum malum & domesticum opprimit antequam prævideri possit. ELEUTHERIUS PAPA. Nec ² calumpnia, ne-

1. *Antea*, quam renunciando fidem quam sp. susc. 2. Colum-
pnia MS.

que vox proditoris audiatur. JERONIMUS. Regibus & principibus servare fidem oportet, ¹ quam qui non exhibuerit, apud Deum invenire præmia non potest. AMBROSIIUS. Caveamus proditorem, ne per unum multi fluctue- Fol 91. a. mus. PETRUS BLESSENSIS. Nichil detestabilius est nota prodicionis in ² milite: licet Joab omnia fecisset fortiter, non tamen computatur in ³ cathologo forcium David, quia fortitudinem ejus prodicio in Abner & Amasam denigravit. Sola fidelitas est, quæ dilatat principis & populi gloriam, quæ pacem firmat, & terrorem incutit inimicis. Abhorrent utique subditi ⁴ divinis ⁵ legiis, vel quibuscunque fidem debeant, seu quomodolibet aliis in se confidentibus prodicionem inferre, scientes firmiter, justum Judicem, vel hîc, vel in futuris latebris, horribiliter hoc ulturum, exemplo maledicti Judæ, qui postquam Filium Dei Dominum nostrum Ihesum Christum, cui non latuit ejus prodicio, tradidisset, de seipso nutu Dei vindictam sumpsit. nam statim abiens & laqueo se suspendens, crepuit medius, & diffusa sunt omnia ejus viscera, cujus discipuli ceteri quique proditores merito reputantur. Deus itaque justus judex de prodiciofa pagani morte Julii

1. *Antea*, quia *pro* quam. 2. *Antea*, militibus. *Et quidem in MS. primum ita scribebatur, sed tria puncta sub bus tandem posuit eadem manus, & i in e mutavit.* 3. *Sic.* 4. *F. dominis.* 5. *Legibus Ed. pr.*

Cæsaris vindictam ¹ sumpsit. S U E T O N I U S. Percussorum Cæsaris fere neque triennio quisquam amplius supervixit, nec sua morte defunctus est; dampnati omnes, alius alio casu periit, pars naufragio, pars proelio, nonnulli eisdem pugionibus, quibus Cæsarem ² violaverant, sese crudeliter interemerunt. Caveant ergo sibi proditores, ne quemquam Christianum prodant Principem, seu quemvis alium in se confidentem, ob metum justi Judicis, qui tantam exercuit in proditores vindictam pro pagano. Sequitur exemplum quam ³ pulcra fit in homine fidelitas, & quam vilis prodicio. Olim vero pro captivis Romanorum redimendis Fabricius Epirorum regi Pirro missus est, quem cum pauperem cognovisset, quarta parte regni promissa sollicitare voluit, ut ad se dimissa patria transfirer, quod ⁴ contemptus est à Fabricio. Interjecto quidem anno, idem Fabricius cum exercitu ⁵ pugnandum directus est contra Pirrum, & cum ejus & Fabricii castra vicina fuerant, Pirri medicus ad eum nocte venit, promittens veneno se Pirrum occisurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vinctum ad dominum reduci jussit, Pirroque dici, quid contra caput ejus spondisset. Tunc rex ⁶ admiratus dixisse fertur: Iste est Fabricius, qui difficilius ab ho-

1. Scripsit Suetonius; Percussorum *Ed. pr. in qua & plena distinctio mox post* justus judex. 2. *Anlea*, violaverunt. 3. Pulcra *MS.* 4. *L.* contemptum, *cum MS. Harl.* 5. *Anlea*, pugnandi. *F.* ad pugnandum. 6. Ammiratus *MSS.*

nestate quam à cursu suo Sol averti potest. Ecce duo valde diffimiles, quorum alter nullo beneficio, non quarta parte regni, licet pauper, redimi potuit hosti favere contra patriam, nec¹ proditori voluit ut hostem vinceret; alter vero dominum regem ultro mercatum optulit levi precio.

De liberalitate regis Malcolmi,² seu potius prodigalitate, quia nichil sibi retinuit. Fol.91. b.

CAPITULUM XLIII.

PRÆFATUM quoque Malcolmum in donis adeo largum fuisse, vel potius prodigum,³ historiæ tradunt, ut, cum omnes tocius regni⁴ terras, regiones & provincias ritu priscorum, in propria possessione tenuerat, nichil inde possidendum sibi retinuit, præter regiæ sedis Sconæ monticulum,⁵ qua reges, amictu regali sedentes in throno, judicia, leges, & statuta subditis soleant propalare. Antiquitus vero consueverant reges suis dare militibus plus aut minus de terris suis in feodofirmam, alicujus provinciæ porcionem vel thanagium: nam eo tempore totum pene regnum dividebatur in thanagiis; de quibus autem cuique dedit, prout placuit, vel singulis annis ad firmam, ut agri-

1. *Antea*, proditore. L. proditorie cum MS. Harl. 2. Sed MSS.
3. *Antea* omittebantur, historiæ tradunt. 4. *Antea*, certas regiones.
5. Quæ regis MS.

colis, vel ad decem annorum, seu viginti, seu vitæ terminum, cum uno saltem aut duobus heredibus, ut liberis & generosis, quibusdam itaque, sed paucis, imperpetuum, ut militibus, thanis, ¹ & principibus, nec tamen adeo libere, quin eorum quilibet domino regi persolveret annuatim certum censum. De quibus terris omnibus & annuis redditibus, cum sibi nichil, ut dictum est, reservasset, generali tandem curia necessitate coactus, quoddam ab eis emolumentum regię dignitati congruum provideri peciit, aut terras, viz. aut redditus, ² vel competens saltem ³ annuale subsidium, quo suę majestatis per omnia sustentetur honestas; ita tamen, quod imbecillis plebicola contributionis annuę nullatenus gravi deprimatur onere: quod autem ab omnibus gratanter, tam plebe quam nobilibus, approbatum est & ⁴ concessum. Insuper & cuncti nobiles cujusque status annuunt, quod omnium terrarum ac heredum suorum custodia domino Regi per annos viginti remaneat, una cum releviis & maritagiis cujuscunque principis, aut libere ⁵ tenentis post decessum. Rex enim iste Malcolmus, ⁶ licet pace quam bello ⁷ magnanimus, ⁸ & quod inconsulte sua distribuit videtur; non quia bene meritis secum bellis militantibus, & dignis, dona gratis de-

1. *Antea* omittebatur, &. 2. *Antea*, ut pro vel. 3. *Antea*, annale.
 4. *Antea*, consensum. 5. *Antea*, tenendis. 6. Licet tam pace *MS.*
Harl. 7. *Antea*, magnanimis. 8. Quam pro & quod in *MS. Harl.*
 cencia

cencia dederat: sed quia prodigus, omisso largitatis tramite, non suæ partem possessionis, immo totam, nichil sibi retinens dissipavit. Inconsulte satis fit illa donacio, quam necessaria sequitur donorum repeticio. Unde BERNARDUS: Si stultus est qui partem suam deteriorem facit, quid ille qui penitus se reddit vacuum, ut de bonis suis nullam sibi partem reservet? GREGORIUS. Quibusdam inopiam ferre non valentibus, tollerabilius est minus dare, quam post largitatem suam ex inopiæ angustia murmurare. SENECA. Cave ne beneficium tuum Fol. 92. a. majus sit facultate tua; inest enim tali liberalitati cupiditas capiendi, ut ad largiendum suppetant copiæ. Sequuntur enim sæpius talem largicionem rapinæ. cum enim dando egere coeperint, alienis bonis manus inferre coguntur, & odia majora eorum assequuntur quibus ademerunt, quam eorum favores quibus dederunt.

*De successione regis Duncani, nepotis Malcolmi,
& ejus morte.*

CAPITULUM XLIV.

SEPULTO quoque Malcolmo cum patribus in insula Jona, successit Duncanus nepos ejus, quem Abthanus Crynyn genuit ex filia Beatrice. Coepit anno Domini MXXXIV. necnon

Imperatoris Corradi secundi decimo. Regnavit autem annis sex. ¹ Ejus anno secundo ² Cnuto Danus Anglorum rex obiit, & sibi filius ejus Haroldus Harefote succedens, quinque regnavit annis. Obiit etiam eodem anno Normanniæ dux Robertus, cui successit filius ejus nothus Willelmus, dictus Bastard, puer septennis, qui postmodum invasit Angliam; cui contradicentes Normannos Henricus Francorum rex ejus tutor bello vicit, & ipsum in brevi ducem constituit. Genuit autem Duncanus, avi sui ³ diebus, ex consanguinia Sywardi comitis, duos filios, Malcolmum ⁴ Chanmore, Latine vero Grossum Caput, & Donaldum Bane, cui Malcolmo Cumbriæ regionem pater statim ut coronatus est donavit. Per hoc breve regnacionis suæ tempus, nichil actum est unde mencio fieret, quia firmam ⁵ ab omnibus, tam exteris quam regnicolis, pacem habuit, præterquam ex antiqua conspiratorum familia quosdam rumor sparsus defamat, in suum sicut & avi prædecessoris interitum conspiratos. ⁶ Et licet hoc sibi revelatum sæpe fuisset à fidelibus, fidem eis adhibere renuit, dicens non esse credendum eos tantum facinus aufuros ⁷ præsumere perpetrandum. Unde contigit, ut, qui prius fidelium dictis incredulus cedere nollet, in perfidorum postea laqueis subito ce-

1. *Antea*, cujus. 2. *Antea*, Cnutus Anglorum, *omisso* Danus.
 3. *Antea*, diebus Sywardi, ex consanguinea Sywardi &c. 4. *Antea*, Chammore. 5. *Antea*, ex. 6. *Antea*, at. 7. *Antea* *omittebatur*, præsumere. cidit

cidit improvifus : inerat enim ei laudabilis con-
fuetudo, regni pertransire regiones femel in
anno, pacificum & peculiarem populum fua be-
nigne confolari præfencia, minorum eciam à
majoribus contra leges opprefforum offensas
corrigere, injuftas officialium & infolitas exacti-
ones cohibere, itaque fæviencium in populo
prædonum, & aliorum delinquencium maliciam,
difcreta quadam feveritate compefcere, regni-
colarum inteftinas ¹ fedare diffenciones : & hoc
illi præcipue bonum innatum erat, quod nul-
lum umquam in regno, vel avi vel fuis diebus
inter principes infurgere paffus fuit ² diffidium,
fed ftatim audiens prudenter concordiam repa-
ravit. Hic autem occifus eft, fcelere generis
occiforum tam avi quam proavi, quorum præ-
cipuus erat Machabeus filius Finele, à quo la-
tenter apud Lochgofnane vulneratus ad mor-
tem, & apud Elgyn delatus, occubuit : post
paucos vero dies ³ in infula Jona feputus eft. *Fol.92. b.*
Erat enim rex, ut videtur, nimium paciens five
remiffus in hoc, quod non rumore ⁴ culpator,
feu quovifmodo fufpectos, ad amiciciam blande
liniret, vel ⁵ fedaret legibus, vel faltem ⁶ diffi-
mulando fe caucius muniri feciffet. Impera-
tori quoque ⁷ Vefpafiano paciencia multum fi-
milis ; qui cum ⁸ multas conjuraciones contra

1. Cedare difcenciones *MS.* 2. Difcidium *MS.* 3. *Antea omis-
tebatur, in.* 4. *Potius,* culpator, cum *MS. Harl.* 5. Cedaret *MS.*
6. Diffimilando *MS.* 7. Vafpafiano *MS.* 8. Multe *MSS.*

se, eciam patefactas, ingenti ¹ diffimulacione contempfit, quosdam tamen contra se reos læsæ majestatis, ad pœnam exilii, sed non ultra, punivit. Sed in hoc ² quod alicui pœnam intulit, filio suo ³ Tito vel rege severior fuit. Porro Titus Imperator ⁴ vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo quod amor & deliciæ humani generis diceretur : tantæ civilitatis & clemenciæ fuit, quod nullum omnino punierat ; ⁵ convictos adversum se conjuracionis ⁶ nota dimisit, & in eadem familiaritate quam prius ⁷ habuerant, verumptamen puto diligenciori cura de ⁸ cetero se munivit.

*De successione regis Machabei, & ejectione filiorum
Duncani.*

CAPITULUM XLV.

IDEM deinde Machabeus malignorum vallatus turmis, & opibus præpotens, regali dignitate potitus anno Domini MXL. regnavit annis XVII. Eodem anno Corradus Imperator obiit, & illi tercius Henricus, qui dicitur Pius, succedens, imperavit eciam annis XVII. Verum rex Machabeus, post regis Duncani mortem, filios suos Malcolmum Canmore, qui sibi succederet, & Donaldum fratrem, totis persequendo

1. Diffimilacione MS. 2. *Antea*, & pro quod. 3. *Antea*, Tito, ut rege severior fuit, &c. 4. *Antea*, vix pro vir. 5. Conjunctos MSS. 6. Vota MSS. 7. *Antea*, habuerunt. 8. *Antea*, cæteris viribus

viribus occidere nitebatur. At illi pro posse resistentes, per annos pene duos sperando victoriam in regno manserunt, paucis ex populo vel illi vel illis opem publice conferentibus. Cum igitur ¹ contendere diucius non auderent, Donaldus infulas, Malcolmus vero Cumbriam adibant, ² quoniam evidencius eis mori patuit quam vivere, si ³ mansissent. Deinde vero Malcolmus, consilio Siwardi comitis in omnibus ibidem agendis uti volens, ad eum perrexit, & eo statim consulto simul & ductore, præsenciam regis Edwardi, qui tunc regnavit, petentes, ad ejus amiciciam promissumque juvamen, quia multum erat misericors & mitis, libenter assumptus est, ⁴ nam ut ipse modo, nuper & exul ille fuit. Residenti quidem in Anglia per annos ferme XIV. sæpius ei reditum tam æmuli quam amici suadentes; æmuli quidem ut eum perderent; & ut in regnum sustollerent amici laborabant. Quidam vero regni majorum hiis diebus susurrantes de Malcolmo revocando, cum regni fuisset verus heres, sæpe collocuti sunt, sed palam nimis, ideoque nichil omnino ⁵ profecerunt: nam quod in aure quorundam aliquando locutum est, alium alio prodente, regi dictum est in aperto. Quamobrem eorum plures, & quos ei præcipue noverat amicicia propinquos, ⁶ voto

Fol. 93. a.

1. *Antea*, non diutius contendere aud. 2. *Antea*, quia. 3. *Antea*, manserint. 4. Nam & ipse simili modo nuper ut ille exul fuit *MS. Harl.* 5. *Antea*, profecerunt. 6. Vota *MSS.*

conspiracionis addictos, variis damnavit incommodis, quorum alios morti tradidit, alios ¹ squalori carceris intrufit, alios confiscatis quibusque bonis, ad ultimam induxit egestatem: nonnulli quoque regis feritatem metuentes & judicium, de regno, sub spe tamen aliquando revertendi, fugerunt, relictis prædiis, liberis pariter & uxoribus. Anno quoque Machabei primo, post obitum Anglorum regis & Danici generis Haroldi Harefote, successit frater ejus Hardcanutus, rex in Anglia Danici generis ultimus, & regnavit annis duobus. Hic quidem statim post coronacionem, fratrem suum præfatum Haroldum effodiens de tumulo, capite truncato, Thamenfi projecit in flumine. Post obitum cujus sanctus Edwardus Confessor, filius Ethelredi, frater Edmundi Irneside, qui diu Normannia deguit exul, Angliæ regnum adeptus successit, & annis xxiv. regnavit.

De proscriptione Thani de Fyf, nomine Makduff, propter amiciciam quam habuit erga filios Duncani.

CAPITULUM XLVI.

UT Malcolmum promoveret in regem, omnium laborantium major atque præcipuus vir erat egregius, nobilis, & fidelis, nomine Macduff, Thanus de Fyf, qui caucius ce-

1. Squalore MS.

teris atque diucius incognitum animi celavit propositum, assidue tamen culpatus apud regem, suspectus tandem habitus est. Præteritum interea temporis die quodam, rex, occasione sumpta, quid causæ nescio, sibi crudelius solito, fortassis ex infidelitate, sibi ¹ crimina prius impropere, deinde palam adiciens, quod ejus sub jugo collum, ut bovis in biga deprimeret, nec hoc ad diu tardandum, adjuravit. At ille prudenter, ut incumbens & subita poposcit necessitas, licet ingens eum pavor invaserat, velut innocentis vultum hilarem & jocum illi præterens, feritatem ejus ad tunc subtili quodammodo verborum mollicie temperavit. Sic quidem ab ejus præsentia caute discedens, & curia furtive declinata, præproperus abiens mare confestim peciit; nec venti diucius congruitate prospecta, naviculam ² parvis referam cibariis ascendit; & post multa maris pericula, quæ per inclemenciam aëris passus est, vix vita comite salvus applicuit in Anglia, quo gratis Malcolmi receptus est ob favorem. Cum igitur illius regi cognita fuerat clancula disces-
Fol. 93.b.
sio, furibundus ipse, vocatis ³ ejus & equitibus universis, fugitantem festinus insequitur, donec certus progressam à terra qua velificavit naviculam in mari vidisset navigando. Sed quod eam intercipere posset nulla spes affuit, ⁴ con-

1. *Antea*, contermina pro crimina. 2. *Antea*, paucis. 3. Equis pro ejus in MS. Harl. 4. Sed confestim MS. Harl.

festim rediens, & castra quæque cum municipiis obsidione circumdans, cepit terras quidem & prædia, sed & quicquid preciosum aut concupiscibile videbatur, ¹ confiscari mandavit, totamque substantiam ejus auferens, in suo protinus jussit ærario collocari. Insuper & ipsum voce præconia publice proclamari fecit perpetuum exulem, cunctis spoliatum prædiis, ac ceteris quibusque possessionibus. Ideoque per totum regnum murmur ingens, ac inter nobiles præcipue, surrexit; ² quoniam ab eis placido favore dilectus est, eo quod ira potius quam ratione ductus, nimis præceps, absque consilii generalis & nobilium decreto, tantæ strenuitatis & potentiae virum exulem redderet vel exheredatum. Injustum omnino dicebant quemquam nobilem sive privatum, vel exilii, vel exheredacionis subita dampnari sententia, quousque statuti temporis die legitimo vocetur ad curiam; & forsan tunc veniens sese legibus explacitet, ³ sic liber exeat; sin autem curia succumbens, corporis dispendio, vel alias regi satisfaciat; vel si conventus venire neglexerit, tunc primo proscribi debeat exul; vel si culpa postulet, exheredari.

1. Confisci MSS. 2. *Amca*, quia. 3. Et sic MS. *Harl.*

De primo adventu Malcolmi Canmoire ad Angliæ regem Edwardum, & de Mariniano Scoto.

CAPITULUM XLVII.

POSTQUAM vero Danici generis reges regnum Angliæ viginti sex annis tenuissent, ac regnare desierant, Sanctus Edwardus Ethelredi filius, frater Edmundi regis, ob ingentem corporis vigorem dicti Irneside, ab omni populo susceptus est in regem, veris heredibus ejusdem Edmundi filiis adhuc, & diu postmodum, degentibus in Ungaria. Anno quoque regis ejusdem Edwardi primo, Malcolmus ¹ Canmore expulsus à patria venit in Angliam, quem rex, ² quoniam injuste regia dignitate privari novit, libenter suum suscepit ad obsequium, & famulatum specialem. Imperatoris præcedentis Henrici tercii diebus ultimis, vel, ut quidam volunt, Henrici ³ quarti diebus primis, secundum HELINANDUM & SIGEBERTUM, claruit Marinianus Scotus, qui à Scocia ^{Henaldus. Sigebertus.} in Gallias veniens, Coloniae factus est monachus, primo apud Fuldense Coenobium in Saxonia, corpore sancti Galli insigne, & prædiis ^{Fol. 94.a.} ditatum permagnificis. Illius loci Abbas sexaginta milia bellatorum + imperatorum præbet in hostem; post apud Magunciam cum inclusis

1. *Antea*, Cammoire. 2. *Antea*, quia. 3. *Antea*, quinti.
4. Imperatori *MS. Harl.*

contemptu præsentis vitæ gratiam futuræ promerebatur. Is longo vitæ ocio Cronographos scrutatus, ¹ dissonancias ciclorum ² recensens, viginti duos annos, qui ciclis prædictis deerant, superaddidit, sed paucos sententiæ suæ sectatores habuit. Unde WILLELMUS. Quare sæpe mirari soleo, cur nostri temporis doctos hoc respergat infortunium, ut in tanto numero discencium, vitam tristi pallore lugubrancium, vix aliquis plenam scienciæ laudem referat. Adeo inveteratus usus placet, quod fere nullus novis licet probabiliter inventis serenitatem assensus pro merito indulget. Totis conatibus in sententiam veterum ³ reptatur, omne recens sordet. Ita quia solus favor alit ingenia, cessante favore, obtorpuerunt omnia.

Explicit Liber quartus.

*Incipiunt tituli Capitulorum Libri quinti,
Deus, ⁴ nomine tuo.*

DE Macduff suadente Malcolmo ⁵ Canmore reditum ad regnum, & prima temptatione, si fideliter hoc fecerit an ad decipendum, fiste asserens se luxuriosum. CAPITULUM I.
De variis exemplis per Malcolmum positis, quod multi reges amiserunt regna propter luxuriam. CAP. II.

1. Et dissonanciam *MS. Harl.* 2. Recensens *MS.* 3. Reputatur *MS. Harl.* 4. *Amea*, in nom. tuo. 5. *Amea*, Cammoir.
De

- De responsis Macduf ponentis exemplum Imperatoris Octaviani luxuriosi, & tamen felicissimi. CAP. III.
- De secunda temptacione Malcolmi se furem asserentis, & responsis Macduf, huic vicio remedium ponentis. CAP. IV.
- De tercia temptacione Malcolmi se falsissimum esse fatentis & dolosum, cui vicio Macduf nullum remedium inveniens, gemens abcessit. CAP. V.
- ² Quod Malcolmus de sua fidelitate securus jam effectus, secum ad regnum redire promisit. CAP. VI.
- De regressu Malcolmi in Scociam, & bello quo cecidit Machabeus. CAP. VII.
- ³ Quod autor excusat populum cujuslibet regni, ab injusto rege fugientem è bello, & promotione Lulach in regem, & ejus morte. CAP. VIII.
- De successione Malcolmi regis in regnum, & ejus pugna cum quodam proditore. CAP. IX. Fol. 94.b.
- De eadem pugna & exsuperacione proditoris. CAP. X.
- De morte regis Anglorum Edwardi, & quod proceres fratrem beatæ Margaretæ Edgarum regem fecissent, si clerus consensisset, & de quadam visione Sancti Edwardi. CAP. XI.

Huc usque Editio cl. Galei.

- De causis, quibus Willelmus Bastarde venit in Angliam, & de Sancto Paterno Scoto. CAP. XII.
- De misera & proditoria vita, qua vivebant Anglorum gentes ante adventum Willelmi. CAP. XIII.
- De felici Scotis applicacione Edgari Ethlinge in Scociam, & suæ sororis Margaretæ, postea Scotorum reginæ. CAP. XIV.

1. Falcissimum MSS. 2. Antea, quomodo. 3. Antea, quomodo.

- De conjugio Malcolmi regis & Sanctæ Margaretæ,
& quod omnes Anglorum profugos Malcolmus sus-
cepit libenter. CAP. XV.
- De filiis & filiabus quos de Margareta genuit, & dis-
structione per ipsum in Anglia facta. CAP. XVI.
- Quod Northumbrenses regi Malcolmo datis ¹ obsidi-
bus adhæserunt, & quod Odonem fratrem Willelmi
fugavit. CAP. XVII.
- De Malcolmi regis & reginæ virtutum & elemosina-
rum operibus. CAP. XVIII.
- De obitu Willelmi Bastard, & quod sine calumnia se-
pulturam non habuit, & de concordia inter Willel-
mum Rufum filium Willelmi, & Malcolmum facta,
ac de suis & reginæ virtutibus. CAP. XIX.
- De fundacione Dunelmensis ecclesiæ per Malcolmum,
& obsidione castri de Murealden per eundem, &
ejus & filii sui interfectione ibidem. CAP. XX.
- De morte Sanctæ Margaretæ, & ² obsidione castri pu-
ellarum per regis fratrem Donaldum invadentem re-
gnum, & de fuga filiorum regis de regno. CAP. XXI.
- De quodam Anglico, Orgaro nomine, Edgarum Eth-
linge calumpniante, de prodicione fienda contra re-
gem Willelmum secundum, ³ in duello. CAP. XXII.
- De eodem duello, & occisione calumpniatoris per
Godwinum de Wintonia. CAP. XXIII.
- De Duncano, filio Malcolmi notho, regnum à Donal-
do patruo optinente, & ejus morte, & quod Donal-
dus regnum iterato recepit, & quod eodem tempore
rex Norguagiæ nostras insulas optinuit. CAP. XXIV.
- De reditu filiorum Malcolmi ex Anglia, & fuga Do-
naldi de bello. CAP. XXV.
- De successione regis Edgari, filii Malcolmi, in regno,

1. Obsedibus *MS.* 2. Obsidiene *MS.* 3. *F.* & de duello.

- & donis datis Sancto Cuthberto. CAP. XXVI.
- De conjugio fororum Edgari, viz. Matildis cum Anglorum Henrico rege, & Mariæ cum Eustachio comite Bononiæ, & earum filiis & filiabus, & ejus morte. CAP. XXVII.
- De successione sui fratris Alexandri, cognomine Fers, & de suis condicionibus. CAP. XXVIII.
- De morte fororum suarum, viz. reginæ Matildis & Mariæ comitissæ, & earum sanctis actibus & sepulturis. CAP. XXIX. Fol. 95. a.
- De commendacione virtutum eciam illius reginæ, sed unius præcipue, quam rex David frater ejus abbati Baldredo retulit. CAP. XXX.
- De successione benedicti regis David, & illius & fratrum commendacione, ac de suo conjugio cum Mathilde, filia & herede Woldeofi, comitis Huntidoniæ. CAP. XXXI.
- De guerra regis David mota contra regem Angliæ Stephanum, & de conquæstu Northumbriæ & Cumbriæ per bellum initum apud Allirtone. CAP. XXXII.
- De conjugio Henrici filii David cum Ada filia Willelmi comitis de Warenna, ac de suis filiis & filiabus, & earum conjugii, ac ejusdem Henrici morte. CAP. XXXIII.
- Quod rex David nepotem suum Malcolmum filium Henrici circumduci jussit per regnum, & regem futurum proclamari. De ejusdem David morte, non sibi sed Scotis ¹ dolenda. CAP. XXXIV.
- De præfacione lamentacionis abbatis Baldredi pro morte regis David, & de commendacione regis Anglorum Henrici, eo quod ejus genere sumpsit originem, & ipsum militem fecit. CAP. XXXV.

1. Delenda MS.

Johannis de Fordun

De inceptioe lamentacionis, quod omnes sui causam habebant lamentandi. CAP. XXXVI.

De eadem, & quod dilectus Deo & hominibus, & quod ob aliorum ¹ necessitate magis, quam domi-
nandi libidine regnum suscepit. CAP. XXXVII.

De eadem, & episcopatibus & monasteriis ab eo fundatis & ² ditatis. CAP. XXXVIII.

De eadem, & quod erat mœrencium consolator, ac pater orphanorum. CAP. XXXIX.

De eadem, & quod sollicitus semper fuit discordantes ad pacem & concordiam, & maxime contendentes clericos revocare. CAP. XL.

De eadem, & quod abrenunciasset regno locum petens Dominicæ passionis, si non eum ecclesiasticorum consilium, lacrimæ pauperum, viduarum gemitus, plebis desolatio, & totius regni clamor & ejulatus revocasset. CAP. XLI.

De eadem, & quod Deus flagellavit eum in morte filii sui, & quod Deus & Dominus ejus invenit eum vigilantem. CAP. XLII.

De eadem, & quod semper vel oracionibus, vel elemosinis, vel aliquo opere honesto vacabat. CAP. XLIII.

De eadem, & quod Anglorum pericula docerent Scotos de cetero fidem regibus & mutuam inter eos servare concordiam, ne &c. CAP. XLIV.

Fol. 95.b. De eadem, & quod feria quarta. XIII. Kal. Junii intellexit, imminere sui corporis dissolucionem, & quod, post acceptum Domini corporis sacramentum, crucem Dominicam jussit producere. CAP. XLV.

De eadem, & ejus unctione, quod de lecto in terram sese deiciens, illud sacramentum cum magna devotione suscepit. CAP. XLVI.

1. F. necessitatem. 2. Dicatis MS.

De eadem, & quod de pauperibus in ipsa infirmitatis & vitæ periculo reminiscens, quæsit a clerico suo secretario, si ipso die consuetam elemosinam erogasset. CAP. XLVII.

De eadem, & ejus in psallendo Psalmos continuis orationibus. CAP. XLVIII.

De eadem, & quod die Dominica IX. Kal. Junii, cum sol tenebras abegisset, ipse corporales relinquens tenebras ad veræ lucis gaudia commigravit. CAP. XLIX.

De sua genealogia ex parte patris ab eo deducta usque Japhet filium Noye. CAP. L.

De prologo genealogiæ suæ ex parte matris. CAP. LI.

De eadem genealogia sua, secundum Baldredum, ex parte matris deducta usque ad Sem, filium Noë, & ab eo usque Seth, filium Adæ, patris omnium. CAP. LII.

Expliciunt tituli capitulorum Libri quinti.

Incipiunt capitula ejusdem Libri &c.

Spiritus alme Deus doctor adesto meus, &c. Amen.

*De Macduff suadente Malcolmo Canmor
reditum ad regnum.*

CAPITULUM I.

RGITUR postquam Macduff applicuisset apud Ranymfors in Anglia, Malcolmum festinus adiens, captato collacionis apto tempore, redditum illi suavit, & quod ad regni se transferat regi-

i. F. ipso.

men,

men, diu nimis sua tantum nec alterius desidia tardatum, ardentem adhortatur. Nec quicquam, inquit, de mea fidelitate diffidas; nam me pater tuus semper fidelem habuit, etiam & tibi multa sustinens incommoda fui fidelis, sum, & ero vita comite. Regni quoque principes pro parte majori tuo nomine michi sub sacramento fidem dantes firmam, & illis similiter hoc idem ego faciens, non in dolo; firmiter credas, quia corde sumus & animo tuum fideliter ad obsequium conjurati. Omnis itaque vulgi scio veraciter corda possides; tuo sub explicato vexillo pro te sanguinem gaudenter effundere concurreret, tibi domino legio placidum reddendo famulatum. Auditis enim hujusmodi sermonibus corde multum gavissus est, sed an fideliter vera suaserat, an prodiciose ficta, vacillanti sapientius animo revolvens, quodammodo timuit. Nam hoc idem antea sui reditus per quosdam partis adversæ callide suasum est, ut deciperent: & igitur hoc illum prudenter modo cautus, ut sequitur, attemptavit. ² Amice karissime, tibi tuisque consodalibus, ³ quantum valeo, regracior, & vobis vicem, sed tibi præcipue, rependam pro meritis possetenus, Deo dante. De tua præsertim amodo fidelitate securus, archana quædam, cordi meo naturaliter infixæ, quod ea celaveris non ambigens, tibi,

1. Igitur pro enim in *MS. Harl.* 2. Amice, inquit, karissime, *MS. Harl.* 3. Antea, quam.

karissime, revelabo. Sunt quidem immania, quæ mecum ab inicio creverunt, flagicia, quamvis id me facturum, quod exigis, adducere prævales, immo si michi coronam, omni remota difficultate, tribuas, hæc in vos me diu regnare non permittent. Quorum utique primum est detestandæ libidinis miranda carne radicata voluptas, incredibilem me virginum corruptorem ac mulierum efficiens; unde veraciter scio, quod, dominandi potestate suscepta, nobilium violando¹ thora, virginum raptus non vitarem. Igitur scelus hujusmodi nequam in populo frequentantem, à regni principibus, verum etiam à ruralibus, quorum uxoribus abutar & filiabus, de regno me penitus expellendum non ignoro. Idcirco michi melius videtur alieno regno privatus degere, quam à regia dignitate suscepta, culpis exigentibus, per insurgentes subditos ignobiliter degradari.

De variis exemplis per Malcolmum positis, quod multi reges amiserunt regna propter luxuriam.

CAPITULUM II.

NUNC autem inducam exempla tibi, quid & quanta mala potentibus & variis regibus, propter immoderatæ libidinis usum, transactis temporibus contingebant. Tarquinius vero Superbus, olim Romanorum rex potens,

1. Thoros MS. Harl.

cum triginta quatuor annis regnasset, eo quod filius ejus eciam Tarquinius uxorem Colatini Lucreciam stupro violasset, regnum, quod non ignoras, perdidit. Nam cum ea patri maritoque, ceteris eciam amicis ex hac injuria quæsta fuerat, in omnium conspectu sese pugione percuciens occidit. Exinde vero tanta sunt in ira cives excitati, quod postquam exclusum regem¹ abicerent, nunquam passi sunt aliquem, qui nomen haberet² Tarquinium, nec umquam insuper supra se regem habere consenserunt. Novissimus itaque sui generis rex Assiriorum Sardanapallus, vir muliere corrupcior, ut suæ voluptatis expleret libidinem, inter scortorum greges habitu feminæ colo purpuram tractavit.

Fol. 96.b. Unde tantæ fuit execracioni cunctis habitus, ut regnum simul & vitam amitteret. Ita quod in eo suæ generacionis linea regnare desierat. Rex vero Francorum filius³ Moronei Chilpericus, pater magni Clodovei, cum esset nimium luxuriæ deditus, suorum filias subditorum & uxores stupro violasset, ipsum à regno dejecerunt, nec usque post annos octo transactos, & tunc casu nisi fortuito, promittentem ad minus sub caucione continenciam, iterum in regem⁴ susceperunt. Edwius eciam rex nuper Anglorum nimis petulans, in tantum luxuriosis usus est lasciviis, quod eo die quo sacratus est in re-

1. *Amtea*, abjecerunt. 2. Tranquinium *MS.* 3. *Sic MSS. Amtea*, Merovei. 4. Susciperunt *MS.*

gem, cum proceres de regni seriis rebus ¹ agerent, ex eorum surgens medio prorupit in cameram, in complexum meretricis devolutus, quem sanctus Dunstanus abstrahens à cubiculo, perpetuum sibi fecit inimicum. Propter enim talia vicia, seu illis majora, regni proceres ipsum semper in odium, & quasi non regem habuerunt. Et quidem regni nostri Scociæ rex dudum Culenius, nonne propter luxuriam à suo subdito, viz. raptum filiae suæ virginis, occisus est? Hyberniæ vero regnum finem habuit in Rodorico rege libidinoso, de nostri quippe generis stirpe progenito, qui sex simul uxores, non ut rex Christianus, habere, nec eas propter amissionem regni dimittere voluit, licet ab Ecclesia tota, tam Archiepiscopis, quam Episcopis, sæpe monitus, & ab omnibus indigenis, tam principibus, quam privatis, terribiliter minando correptus fuerat: ab eis igitur omnibus contemptus est, nec sibi de cetero, vel regi cuiquam, dignantur actenus obedire. Propterea regnum illud, avorum nostrorum temporibus dudum insigne, nunc, ut vides, in triginta vel amplius regnis miserabiliter est divisum. Quid moror in talibus? centum enim tibi regum & principum exempla proferre valeo, quos hoc solum incontinentiæ vicio protinus obruere non ignoro.

1. Ageretur MS.

De responsis Macduf ponentis exemplum Octaviani.

CAPITULUM III.

CUI Macduf quasi dedignando subridens ait, nuncquid ¹ hæc tibi placens videtur, aut competens responsum michi reddere? nec michi solo sed tuis benevolis, quorum nuncii fungor officio? nobis viz. omnibus, qui pro te regnum & prædia deseruimus, filios & uxores, ac nostri generis nacionem? insuper & vitam nostram mortis periculo nuper posuimus, ut decuit; eciam, si quod tuum est audacter feceris, ponemus peramplius in futurum? Sed quid hæc tua significare velit inanis excusatio multum admiror! vereris, ut æstimo, regni culmen ascendere, propter immoderatam tuæ voluptatis cupidinem, sperans te feminei generis in regno copiam habere non posse, filiabus nobilium exceptis & uxoribus. Nonne talis ratione caret excusatio? Nuncquid & tu rex existens ad tuam explendæ libidinis luxuriam, pulcherimas regni virgines ad libitum, ac placidissimas habere poteris mulieres? Audacter dicam, vere poteris, licet regum, quorum incontineneciæ ponis exempla, tam ² Sardanapalli quam Chilperici, seu Rodorici luxum dupliciter exuperes, vel insuper Imperatoris Octaviani, qui libidini serviebat usque ad probrum vulgaris famæ.

1. Hoc *MS. Harl.* 2. Sardanapallor *MS.*

Nam,

Nam, ut historiae referunt, inter duodecem virgines, & totidem corruptas, ¹ solitus est accubare. Nec tamen ob id Imperatoris felicissimi nomen amisit, seu populi favorem, qui morientem planxit, dicens, utinam non nasceretur, aut non moreretur; vir qui certe nuncquam aut tantam reipublicae potenciam ad se traxisset, aut tam diu potiretur, nisi magnis studiorum & naturae bonis habundasset. Imperium namque Romanum mirifice firmavit, rexit, & auxit; urbem variis & invisis antea decoravit aedificiis, hoc dicto glorians, urbem latericiam ² reperi, relinquo marmoream. Similiter & tu, si regni tui fines decenter ampliaveris, pace rexeris, & legibus, aedificiis illud novis ornaveris, nomen boni regis aut favorem gentis, tanto scelere non amittes. Et quod olim ipse de sua Roma gloriando cecinit, hoc de tuo regno canere ³ possis, Scociam inveni dudum legibus egentem, frugibus, & armentorum gregibus sterilem, modo bonis omnibus & pace relinquo foecundatam.

1. Solutus *MS.* 2. Reperii *MSS.* 3. Possit *MS.*

De secunda temptatione Malcolmi, se furem asserentis, & responsis Macdus.

CAPITULUM IV.

VERA sunt hæc, inquit Malcolmus, omnia quæ loqueris, sed adeo pronus semper meus est animus, & præceps ad hoc vicium, quod vix aliquando ratione poterit refrenari. Sed adhuc hoc vicio multo vilius obstat flagitium, præ pudore vero tacendum, nec ¹ tamen amico celandum, immo recitandum in secreto. Fur quoque sum & latro nequam; nam omne pulcrum & delectabile seu visu placens, ut ferrum magnes ex natura, meum cor miserum illud attrahens vehementer appetit, ac cetera ² corporis membra necessitate quadam alliciens, incessanter dirigit ad furandum. Hoc firmum teneas, ³ me furari videtur ⁴ michi penitus impossibile. Ergo multum tollerabilius est atque jocundius, hostiatim egere mendicus, aut mori finaliter, quam per me regni locatum in apice majestas regia tam infami scelere violetur. Excellencioris personæ semper casus in vicium, minoris lapsum, comparacione scandali, multo longius antecedit. Cui Macdus, hoc utique verum est, quia quanto gradus alcior, tanto casus gravior. Quanto nempe quisquis honoris gra-

Fol. 97.b

1. Tamen tibi amico *MS. Harl.* 2. *Antea*, corporum. 3. *L. cum MS. Harl.* me non furari. 4. *Antea*, enim *pro* michi.

dibus fit exaltatus alior, tanto debet esse virtutibus eximior, & quanto virtutum in arce scandit sublimior, tanto sibi viciorum est si cadat voragine magis pudor. Dupliciter quoque princeps virtutum declinans à tramite ¹ delinquit, quia seipsum & primo viciis involvit, & iterum humili populo præbet exemplum delinquendi. Nam mobile mutatur semper cum principe vulgus. Sed, ut ad priora revertar, hoc quod dicis, non furari, vel, ut superius dixeras, non mœchari tibi videtur impossibile, cum lege divina, quam propria manu scripsit, stare non potest. Scripsit ² vero, non mœcha-beris, non furtum facies, ergo credendum est, Deum nobis ³ [non] impossibilia, sub præcepto pro lege servanda, sed possibilia scripsisse. Eciam amplius nemo temptatur super id quod potest, quia proculdubio vicia quæque, five virtutes, in nostro libero constant arbitrio, five ⁴ spernenda five fienda. Omnia quippe divina præcepta, five bona faciendo, five mala cavendo, servare possumus, si competentem diligentiam, ac voluntariam, adhibeamus. Ergo nec ista valens est neque præcedens excusatio. Quia furti facinus ex rerum provenit inopia quis ignorat? At econtra regia majestas semper ha-

1. *Antea*, delinquit, quod seipsum. 2. Enim *pro vero* in MS. Harl. 3. Sic edidimus, cum cl. Galeo, licet vox inclusa desit in MS. Potest & legi cum MS. Harl. ergo credendum non est, Deum impossibilia nobis, sub præcepto sub lege servanda, &c. 4. Spernanda MS. 5. *Antea*, quod *pro quia*.

bet esse ¹ locuplex, & omnimodum continue divitiis plena, nichil egens. Quis ergo sanæ mentis furari non desinet, qui cunctis habundanter opibus gloriatur? Nichil unquam tibi, rex existens, non aurum, non argentum, non lapides preciosi seu gemmæ deerunt: nec quicquam breviter cordi tuo placidum fuerit vel jocundum. Fortis igitur eris animo, regis officium opulens arripere cures, & execranda flagicia, foetentis luxuriæ viz. & illud inops avariciæ crimen furtum inducens, procul abicere non recuses.

De tercia temptatione Malcolmi, se² falsissimum esse.

CAPITULUM V.

MALCOLMUS autem hac sequenti propositione problematis intima cordis amici sui Macdus, nondum plene probati, rimari volens, respondit. Grata michi quidem sunt & utilia, quæ memoratis utrisque tegendis viciis præbes antidota, sed restat adhuc tercij facinoris intactum vulnus, quod infidelitatis est, & doli latens in me nephas. Fateor equidem occulte sum falsus, & dolosæ ³ machinationis conjector artifex, fidem paucis promissam fervans, & omnibus ⁴ simulando promittens fideliter observandam. Mei quidem

¹. Locuples, & omnimodis *MS. Harl.* ². Falsissimum *MS.* ³. Machinationis commentor sive conjector artifex, *MS. Harl.* ⁴. Simulando *MS.*

¹ inte-

¹ interioris animi continuum hoc inest scelus, ut si quandoque facultas suppetat, occulto potius blandæ ² simulacionis artificio, quempiam decipere mallet, quam in aperto dubiis fortunæ casibus causam committere ³ criminandam. Et ideo, sicut in præcedentibus viciis, & in hoc eciam crimine michi subveniens, illud, quæso, subtiliter aliquo tui sagacis ingenii velamine ⁴ pallias. Et quicquid tuæ popositionis tenor ⁵ exegerit, me totis offero viribus adimplendum. Hoc vero cum audisset Macdus, supra modum attonitus est: & cum aliquanti temporis spacio tacuisset, suspirans ait: Væ! nobis miseris miserorum miserimis! Væ nobis, nobis dico ⁶ qui saltem te sectari contendimus, vārum ineptum, & inglorium, imbutum viciis, & omni virtute destitutum! Væ nobis! ut quid nati, quam infelices dici possumus, quid infortunii nobis accidit, nonne tricipiti sumus adverso casu perplexi? Nam trium execrabilium malorum nos oportet admittere saltem unum. Aut viz. amissis liberis & uxoribus, cunctisque temporalibus, perpetuum subire vagos exilium; aut regi servire tyranno, qui neque nobis, neque reipublicæ jure principare debeat; cui proprium & omni tyranno consuetum est, crudelem in populo dominacionem, & infaciabilem ava-

1. Viterioris *MS.* At interioris in *MS. Harl.* Veteratoris *Ed. pr.*
 2. Similacionis *MS.* 3. Malim, terminandam, cum *MS. Harl.*
 4. F. pallies. 5. Exigerit *MSS.* 6. Quia pro qui in *MS. Harl.*

riciam exercere; aut tibi de jure regi legio subdi, quod absit, cum propriæ confessionis asserat tenor, indignum te regem esse vel principem vel privatum. Nam libidinosum & furem, & quod pejus est, ymmo facinorum omnium vilissimum, fateris te falsum, subdolum, & perfidum, atque versutum deceptorem. Ecce quid aliud superesse videtur maliciæ genus, quam nullatenus te proditorem appellas? Sed profecto sequitur, quia cujuscunque cordis hæc vicia condantur¹ in vicinis, non excidit quin latens inibi prodicio socia reperiatur. Ergo quia tocius iniquitatis succensæ faces in te conveniunt, & tuo siquidem adversario fervens inest & improba cupiditas, superbaque regnat & intollerabilis crudelitas, vestrum uter michi nuncquam dominabitur, exilium magis Fol.98. b. eligo sempiternum. Et hiis dictis, ulterius continere se non valens, erumpentibus lacrimis genas² rigebat, sed & pugnis immoderato gemitu collisis, flens & ejulans, ac versus boream lamentando respiciens, ait, valeas, O Scotia, pro perpetuo.

1. In intimis *MS. Harl.* 2. Rigabat *MS. Harl.*

Quod

*Quod¹ Malcolmus de sua fidelitate securus
jam effectus —*

CAPITULUM VI.

ABIUNTEM illico Macduf, ² quoniam ipsum super omnia detestari perfidiam ad plenum expertus, & effectus de fidelitate jam securus, propere sequitur, & quod gressum fisteret, secum habiturus colloquium, rogat dicens: Amicorum omnium gratissime, præ cunctis viventibus diligende, nonnichil hætenus an fidus esses vel infidus expavi, ne tu, sicut aliquando quidam perversi, quod non nescis, fictis ambagibus, sicut & illi, quod æmulis traderer, michi redditum hortatus fueras. Idcirco te talibus volui variis quæstionibus experiri. Et quia probatus odire nosceris doli notam, & prodicionis, superhabundancius habeo quam æstimas, & semper habebo te fidelem. Non enim luxuriosus sum, aut latro, vel perfidus, sicut te probando talibus me finxi viciis deditum. Absit hoc à me procul, ut michi validius quam ceteris hominum, hæc immunda vel hiis similia prædominentur piacula, quæ viro sunt cuilibet abhominanda. Eya! proinde mi dilecte, ne formides; non eris à patria vel liberis exul, immo post regem primus in regno: confortare deinceps sisque robustus; tu me reduces in terram

1. Al. Milcolumbus in marg. MSti. à manu recenti. 2. Amea, quin.
Vol. II. D d d meam,

meam, terram quam ¹ Dominus dedit nobis & patribus nostris excolendam. Hoc autem audiens, pronus in terram corruit, & velud ante moerendo lugubris singultibus præ angustia, præ nimio jam exultans gaudio, totus in lacrimis suffusus, suos amplexando pedes osculatus est, dicens: Si quidem hæc vera sunt, quæ loqueris, ad vitam de morte me ² reducis: festina, Domine, festina, deprecor, ne tardaveris, & libera populum tuum, te super omnia desiderantem.

Versus.

Si servare velis insontes quosque fideles,

Hactenus ³ expertes omnibus auxiliis;

Illis, quos pressit hostis jam per tria lustra,

Subvenias ⁴ miserens mitis amore Dei.

Non super hiis studeas segnis, sed impiger hostem

Prosternas, populum alleviando pium.

Ense tuum femur cingatur & arma ⁵ capesce.

Corporis ⁶ omnis habes forcia membra liquet.

Scotus & es genitus priscorum cespite regum.

Prosperè procedens regna patris subies.

Regni, promitto, poteris jure Corona.

Omnia jura tibi, nulla debentur ei.

Audax jure tuo sis semper bella parare.

Non tamen incaute bella sumenda putes.

Fol. 99.a.

Nec præceptus certes, nisi fors dictaverit, umquam:

Ex improvise fallitur omnis homo.

Es pugnaturus, campum non præparat hostis.

Ad loca bellandi semper adesto ⁷ prius.

1. *Amea*, dedit nobis Dominus. 2. *Amea*, reducens. 3. *Expartes MS.* 4. *Miseris MS. Harl.* 5. *Sic.* 6. *Amea*, omnia. 7. *Prior MS. Harl.*

*De regressu Malcolmi in Scociam, & bello quo
cecidit Machabeus.*

CAPITULUM VII.

FINITIS enim talibus ¹ problematum examinationibus, ac omni dubitationis ambiguitate remota, nunciare clamculo suis amicis ipsum Makduf Malcolmus Scociam remisit, ut caute se præparent, suum absque dubio sperantes reditum infra breve. Ipse vero, postquam recesserat, regis Edwardi quantocius adiit præsentiam, ab eo postulans humiliter quosdam ex Angliæ proceribus, qui gratis secum in Scociam, regnum recipere proficisci volebant, ex gracia permittere dignaretur: cujus petitioni continuo rex mitis annuens, liberam cuilibet volenti facultatem tribuit. Insuper & seipsum cum exercitus potencia, si necesse fuerit, ferre præsidium graciose compromisit. Unde sancto mitissimoque regi, qui cunctis misericors consultus, aut injuste tribulatis pronus adiutor extitit, inmensas referens gracias, ab eo recessit, & quam primum paratus, procerum Angliæ solo Siwardo, Northumbrensi Comite, secum assumpto, Scociam proficiscitur possessurus. Neque vero regni fines adhuc attigerat, dum sparso rumore per præcedentem Macduf, minus caute negotii consilia servantem, totum audierat regni populum dissensione commotum, ac in

partes inter Machabeum & Macduf divisum : quamobrem Malcolmus, cum sua milicia celerius properans, non quievit, donec hinc inde junctis agminibus fortem exercitum confecisset. Ex hiis autem multi, qui Machabeum prius sequebantur, ab eo statim deficientes, Malcolmus totis viribus adhæserunt. Quotidie deinceps suum minui robur, ejus quidem augeri cernens, partibus subito relictis australibus, boreales petiit ; ubi terrarum angustiis amfractibus, & silvarum abditis tucius sperabat se tueri. Insperate tamen festino gressu, Malcolmus ipsum ultra montes & usque ¹ Lunfanan insequitur, ac ibidem repente levi bello transeptum, cum paucis resistentibus interfecit, anno Domini MLVI. mense Decembri, die quinto. Omnis enim populus ab eo bellandum productus, Malcolmum non ignorabat verum sibi dominum ; ideo resistere sibi bello renuens, primo lituorum strepitu campum ² reliquid fugiendo. WILLELMUS de prædicto bello scribens, ait : Siwardus ³ Northumbriæ Comes, jussu regis Edwardi, cum

Fol. 99.b. Scotorum rege Machabeo congressus, vita regnoque spoliavit, ibidemque Malcolmum, filium regis Cumbrorum, regem instituit. Ecce quomodo Willelmus, hujus belli nullam Malcolmus victoriæ laudem ascribens, Siwardo totam attribuit : cum in veritate solus ille cum suis, & vexilligero totius victoriæ causa fuit. Hoc uti-

1. *Antea*, Limfanam. 2. *Sic*. 3. *Antea*, Northumbrensis.

que spero firmiter, quod populus, absente Malcolmo, de bello non fugisset, eiamfi cum Siwardo rex Edwardus cum suis præsens affuisset.

Quod autor excusat populum cujuslibet regni, ab injusto rege fugientem è bello, & promotione &c.

CAPITULUM VIII.

POPULUS enim iste fidelis excusari de fuga poterit, qui diu sub tyrannide pressus surgere non valens, aut non audens, assidue tamen sui regis in corde crudelem animadvertit mortem, heredis eiam injustum tanti temporis exterminium; anxiam itaque sub viro contribute propriam subjectionem amplius subesse dedignans, occasione sumpta, locum illi fugiendo dedit regnum indubie recipiendi. Videtur enim & verum est, ut æstimo, quod regni cujuslibet populus indigena fidelis, ammoto vi capite suo, viz. rege, vel quodlibet obprobrium paciente, cum eo nimirum compatitur, & quasi proprium gemendo suum lamentatur improprium, cum proverbio dicatur: Cujus caput dolet cetera membra languent. Et hoc verum est, membra sana, quæ capitis compaciuntur dolori, non putrida sive cancerosa, quæ capitis sui dolentis langorem non sentiunt; talium enim membrorum ex tactu sæpe contigit, ut quædam membra morbum incurabilem incidant, & adeo quandoque tali morbo caput ex
eis

eis etiam inficitur, unde totum corpus effici poterit ¹ monstruosum. Nonne corpus quodcumque merito monstrum dici poterit, cujus pes, infimum dico membrum, igneo morbo corruptum, nec tempestive per ² manus cauterio sedatum, digniora transgrediens membra veneno sui caput inficiens evellat, ac supra collum & humeros, se loco capitis contra naturam collocaverit? Eodem vero tempore belli de ³ Lumfanan & anno, rex ⁴ Valliæ Griffinus, Comitem Herfordiæ Radulfum è bello fugavit, & occisis ejusdem urbis Episcopo Levegaro, necnon Egelnotho ⁵ Vicecomite, cum multis aliis, urbem totumque Comitatum ignibus cum Episcopo concremavit. Hoc statim Siwardus, postquam à suo rege per certum audierat nuncium, confestim jussus domi rediit, nequaquam ulterius Malcolmo ferre præsidium rediturus. Subito namque post mortem Machabei, convenerunt quidam ex ejus parentela ⁶ sceleris hujusmodi fautores, suum consobrinum nomine Lulach, cognomine fatuum, ad Sconam ducentes, & impositum sede regali regem constituunt: sperabant enim sibi ⁷ quasi regi populum obedire libenter, nullus tamen illi parere volebat, aut aliquibus factis vel fiendis ⁸ communicare. Audiens autem hoc Malcolmus, suos Co-

Fol. 100.
2.

1. *Antea*, monstruosum. 2. Manus artificum cauterio *MS. Harl.*
3. *Antea*, Limfanam. 4. *Antea*, Walliæ. 5. Vicemite *MS.*
6. *Antea*, scelerum. 7. *Antea*, quam regi. 8. *Antea*, comitare.

mites ipsum huc illucque persequendum emisit; sed in irritum quatuor mensibus suos deducunt conatus, donec in superioribus partibus scrutantes, inventum loco qui dicitur Effy, provinciæ Streth Bolgy, cum suis sequacibus occidunt; vel, ut quidam tradunt, ibidem casu Malcolmus obvium habens interfecit, anno Domini MLVII. tertia die mensis Aprilis, Ebdomada Paschæ, feria quinta. Hos ¹ autem utrosque, Machabeum & Lulach, sepultos fuisse tradunt in insula Jona.

De successione Malcolmi regis in regnum, & ejus pugna cum quodam proditore.

CAPITULUM IX.

PROSTRATIS ubique cunctis hostibus, vel ad suam deductis pacem, idem sæpedictus Malcolmus, apud Sconam, præsentibus regni majoribus, in Throno regali positus est, & in omnium Scotorum gloriam, & honorem, eodem Aprili mense, die sancti ² Marci coronatus, ac eodem viz. anno Domini millesimo LVII. & Imperatoris Henrici quarti primo, qui quidem imperavit annis L. Rex vero xxxvi. regnavit, & vi. mensibus. Erat enim rex fatis humilis corde, fortis & animo, corporis viribus præpotens, & audax, non ³ temerarius, ac multis aliis dotatus

1. Atem *MS.* 2. Marce *MS.* 3. Temerarius sed maturus, ac multis *MS. Harl.*

virtutibus, ut in sequentibus apparebit. Primis regni sui novem annis, Edwardo rege vivente, firmam pacem Anglis & communionem, & usque adventum Willelmi Bastard, observabat. Anno dicti regis Edwardi XIII. fratris sui filius regis quondam Edmundi Irnside, cui nomen Edwardus, ex Hungaria venit in Angliam, uxorem secum ducens Agatham, Edgarum filium, & duas filias, Margaretam, postea Scotorum reginam, & ¹ Cristinam sanctimoniam, quem rex patruus ac totius Angliæ populus exultantes receperunt, de quibus prolixior sermo fiet

Turgotus.

postmodum suo loco. TURGOTUS. De rege Scotorum Malcolm² Canmor magnanimo, dignum aliquid dicendum duximus, ut cujus fuerit cordis, quanti vel animi, unum ejus opus hîc exaratum legentibus declarabit. Relatum est aliquando sibi, quendam de summis proceribus illum occidendum cum suis hostibus convenisse. Imperat rex hæc nuncianti silentium, filuit & ipse, proditoris, qui forte tunc aberat, expectans adventum. Qui cum ad curiam cum apparatu magno regi venisset insidiaturus, ³ rex ei suisque vultum solitum atque jocundum præ-tendens, finxit se nichil audisse vel scivisse, quæ mente cordetenus recolebat. Quid plura? Jubbet ipse rex omnes venatores suos summo

Fol. 100.
b.

1. Castinam *Ed. pr.* Christianam. *MS. Harl.* 2. *Annea*, Cammor. 3. Rex ei fuisset multum solitum *MS.* Sed è *Cod. Harleyano emendavimus.* Rex ei vultum solitum *Ed. pr.*

mane convenire cum canibus. Et jam aurora noctem abegerat, cum rex, ad se vocatis proceribus cunctis, & militibus, in venando spaciatum ire festinat; venit interim ad quandam planiciem latam, quam in modum coronæ densissima filva cingebat, in cujus medio colliculus unus quasi ¹ turgescere videbatur, qui diversorum colorum floribus pulcra quadam varietate depictus, fatigatis quandoque militibus exvenatu gratum præbebat accubitum. In quo cum rex ceteris superior ² constitisset, secundum legem venandi, quam triftram vulgus vocat, singulis cum canibus, & sociis singula loca delegat, ut obfessa undique bestia, ubicunque eligeret exitum, mortis exitium inveniret. Ipse vero rex seorsum ab aliis solus abcessit cum solo, suum secum retinens proditorem.

De eadem pugna & exsuperacione proditoris.

CAPITULUM X.

AB omni autem aspectu & auditu remoti, rex subsistit, & vultu torvo volvente pugnam in hæc verba prorupit. Ecce, inquit, ego & tu mecum, solus cum solo, similibus armis protecti; non est qui michi, licet regi, assistat, nec tibi subveniat, nec est qui videat aut audiat. Nunc ergo, si valeas, si audeas, si cor habeas, imple quidem opere, quod corde

1. Turgescere *MS.* 2. Constitisset *MSS.*

concepisti, & redde hostibus meis quod promifisti. Si me occidendum putas, quando melius, quando securius, quando liberius, quando tandem virilius? An venenum paraſti? ſed hoc muliercularum eſſe quis neſciat? An infidiaris lectulo? hoc poſſunt & ¹ adulteræ. An ferrum, ut occulte ferias, occultafſti? hoc ſicarii, non militis eſſe, nemo qui dubitet. Age potius quod militis eſt, & non proditoris; age quod eſt viri, & non mulieris; atque ſolus cum ſolo congregere, ut ſaltem prodicio tua turpitudine videatur carere, quæ nuncquam infidelitate carere poteſt. Haſtenus vir ille nequiſſimus hæc vix ſuſtinuit, & mox verbis ejus, quaſi gravi fulmine, percuffus, de equo, cui ² infidebat, citiſſime deſcendit, projectiſque armis, ad pedes regis corruit cum lacrimis, atque tremore cordis ita dixit: Domine mi rex, ignoſcat michi ad præſens hoc meum velle iniquum tua regia poteſtas, & ſi uſque modo aliquid ſuper hujuſcemodi tradicionem tui corporis cor meum malignum conciperet, amodo delebitur, & in futurum contra omnes me ³ tibi fideliffimum, Deo cum ſua genitrice teſte, promitto. Cui rex ait, noli amice, noli pavere, nichil à me, nec per me mali pro re iſta ſuſtinebis. Obſides tamen in pignore jubeo quod michi nomines, atque adducas. Quibus nominatis & ſtatim poſtmodum adductis, rex inquit, in regis verbo

Fol. 101.
a.

1. Adultræ MS. 2. Sic MSS. Antea, infidebat. 3. Antea, ter pro tibi.
tibi

tibi dico, res ante promissa stabit. Ille vero proditor regis voluntati, in hiis quæ præmiffimus, oportuno tempore satisfaciens, sic revertuntur ad focios, de hiis quæ fecerant, vel dixerant, nemini loquentes.

De morte regis Anglorum Edwardi, & quod proceres fratrem Margaretæ Edgarum regem fecissent, —

CAPITULUM XI.

WILLELMUS. Rex Edwardus, pronus *Wilhelmus.* in senium, eo quod ipse non susceperat liberos, & Godwini videret invalescere filios, misit ad regem ¹ Hunorum, sed TURGOTUS *Turgotus.* dicit ad Imperatorem, ut filium sui fratris Edmundi Irynfid Edwardum cum omni familia sua mitteret, futurum ut aut ille aut filii sui succedant hereditario jure regno Angliæ; orbitatem suam cognatorum suffragio debere sustentari. Igitur continuo postquam advenerat, apud sanctum Paulum Londoniæ fato defunctus est, Edgardo filio superstite cum sororibus prænominatis, quem pro genere regno proximum rex proceribus commendavit. Rex demum, postquam exactis in regno non plene xxiv. annis obiit vigilia Epiphaniæ; in crastino quidem, adhuc recenti luctu regalis funeris, Haroldus ² Godwini filius, à majoribus extorta fide, secundum alios consencientibus, arripuit

1. Sic. 2. Gowini MS.

diadema regni, quod vix per novem menses tenuit, nam à Willelmo Bastard bello peremptus est. Post quem proceres Edgarum in regem¹ eligerent, & à quibusdam electus est, ut à rege mandatum fuerat, sed Episcopos non habebant assertores. Hæc ille. Verum in hoc eos errasse michi videtur, & apud Deum & populum: apud Deum; quia quem ipse genitura tantorum regum progenitorum, justa generacionis procreatum linea, regnandum prætulit, eis respuere non licuit, nec infontem, linguis omni gladio præacutis, injuste justo privare² patricinio; scientes, quod ætas regia vel puerilis, vel senilis, vel eciam simplicitas in fidelitate constat, & regimine subditorum. Apud populum vero, cum, in suam propriam confusionem, atque regni cunctorum³ indigenarum sempiternum obprobrium, & scandalum, non secundum justiciam legis, sed cordis affectum sequentes, supra se virum erigunt, omnis regnandi juris expertem, Haroldum, filium Godwini, filii Edrici, quorum non fama sed infamia variis notatur in scriptis; ineptum illud membrum in regem sibi loco recti capitis statuentes. Ex quo brevi postmodum contigit, quod misere per aliena regna vagi dolentes, à propriis expulsi sunt sedibus, nec habentes ubi reclinarent capita, dicente propheta: Qui malignantur exterminabuntur;

Fol. 101.
b.

1. *Antea*, elegissent. 2. *Sic MS.* *Antea*, patrocinio. *Sed patrimonio in MS. Harl. & rectius, ut opinor.* 3. *Indiginarum MS.*

fusti-

sustinentes autem Dominum hereditabunt terram. Igitur ipse Dominus illam sanctam regalem lineam, se sustentem ab eis, sed non ab eo derelictam, hereditare terram simul & regnare volens, ¹ felici Scotis omine cum sua regali linea gratis conjunxit, ex quibus, eo providente, deinceps & haecenus, regio sedentes in folio ² pullulant reges, & usquequo sibi ³ placuerint, pullulabunt. Per visionem sequentem ostensam sancto Edwardo, in extremis laboranti, patet, quod in praemissis Clerus errabat.

WILLELMUS. Postquam rex elinguis sopore *Wilhelmus:* biduo jacuisset, expedita loquela, duos, inquit, michi Monachos assistere vidi, quos Normannia religiose vivere, ⁴ & more feliciter noveram. Se Dei nuncios esse praefati dixerunt: ⁵ Quoniam primores Angliæ, Duces, Episcopi, & Abbates, non sunt ministri Dei, sed diaboli, tradidit Deus hoc regnum post obitum tuum, anno uno, & uno die in manus inimici; pervagabunturque daemones totam hanc terram ⁶ quandoque. Quumque rex se hoc ostensurum populo diceret, ut, ⁷ sicut olim Ninivitæ, poeniterent; neutrum, aiunt, erit, quia nec poenitebunt, nec Deus eis miserebitur &c. ⁸ Item

WILLELMUS. Ita Angli, qui in unam con- *Wilhelmus.*

1. *Ansea*, feliciter, Scotis omni cum &c. 2. Pululant, & pullulabunt, MSS. 3. Placuerit MS. Harl. 4. *Potius*, cum MS. Harl. & mori feliciter noveram, sed Dei nuncios esse praefati dixerunt. 5. *Ansea*, quia. 6. *Deest* quandoque in MS. Harl. 7. *Deest* sicut in MSS. 8. *Ansea*, idem.

venientes sententiam regni potuissent reformare ruinam, dum nullum ex suis volunt, alienum induxerunt.

Huc usque Editio cl. Galei.

De causis, quibus Willelmus Bastardus venit in Angliam; & de Sancto Paterno Scoto.

CAPITULUM XII.

AUDIENS autem Willelmus Bastard, comes Normanniæ, quod Haroldus Edwardi confobrini sui regnum usurpasset, variis causis¹ stimulatus, in Angliam venit. ² Prima prorupto foedere, quod simul pepigerant juramento, quod ei tunc castrum Doroberniæ, & post mortem Edwardi regnum Angliæ sibi daturum firmavit; quod itaque filiam suam adhuc impubem duceret uxorem promisit. Eciã quia pater suus Godwinus cognatum suum³ Alfredum cum pluribus Anglis & Normannis apud Hely proditorie perimerat, omnibus comitibus, præter decimos, decapitatis. Eciã quia⁴ Godwinus ipse Robertum archiepiscopum, & Odonem consulem, cum omnibus Francis exterminasset ex Anglia. Hiis igitur & aliis causis irritatus, undecumque collectis viribus transfretavit in Angliam, & eundem Haroldum

Fol. 102.
a.

1. Stumilatus *MS.* 2. Primo pro rupto *MS. Harl.* 3. Ethelredum *MS. Harl.* 4. Gowinus *MS.*

levi bello & facili II. Idus Octobris apud Hastings regno simul & vita privavit, anno Domini M. LX. VI. Imperatoris Henrici, regisque Malcolmi decimo. Istius Imperatoris anno II. Padbrunna, Germaniæ civitas, cum ecclesia majori combusta est. In monasterio autem monachorum ejusdem civitatis Scotus quidam erat, De Sancto Paterno Scoto &c. Paternus nomine, multo tempore reclusus, qui Petrus Damianus. sæpius hoc incendium prædixit. PETRUS DAMIANUS. In quadam urbe Teutonica erat quidam fervus Dei, nomine Paternus, juxta monasterium in cellula reclusus, cui revelatum est, quod, nisi populus per poenitentiam cicius Deum placaret, infra triginta dies tota civitas incendio periret. ¹ provulgata est visio, sed noluerunt converti. Ille quidem preciosa quæque monasterii auferri jussit, ut essent salva. Tandem à septem urbis regionibus subito ignis exoritur, & totam urbem cum monasterio in cineres combussit. Cumque ² vero ad cellulam viri Dei ignis pervenisset, & rogaretur exire, noluit, sed omnia judicio Dei committens, cum sua cellula combustus est. Adventus anno Willelmi Bastard in Anglia visa est cometa: unde verificator sic ait:

*Anno milleno sexageno quoque seno
Anglorum metæ crines sensere cometæ.*

Versus

1. Promulgata MS. Harl. 2. Deest vero in MS. Harl.

*De misera & proditoria vita, qua vivebant
Anglorum gentes.*

CAPITULUM XIII.

HUJUS miserandæ cladis belli de Hastings, quo regnum ¹ suum ob quam *Wilhelmus.* causam Angli perdiderant, WILLELMUS gemens suis inscripsit cronicis, quam hac eciam inscribi cronica placuit, ut illius exemplo nostri cavere discant principes, ne quando talibus aut tantis onerati, quod absit, flagiciis, quod hostibus, ² ut ipsi, resistere bello nequeant. *Wilhelmus.* WILLELMUS. Illa fuit dies fatalis Angliæ, funestum excidium dulcis patriæ pro novorum dominorum commutatione. Jam pridem enim moribus Anglorum insueverat, qui varii admodum pro temporibus fuerunt. Nam primis adventus sui annis vultu & gestu barbarico, usu bellico, ritu fanatico vivebant. Sed postmodum Christi fide suscepta paulatim & per incrementa temporis pro ocio, quod actitabant, exercitium armorum in secundis ponentes, omnem in religionem operam insumpsere. Taceo de pauperibus. de regibus dico, qui pro amplitudine potestatis licenter indulgere voluptatibus possent, quorum quidam in patria, ³ quidam Romæ mutato habitu coeleste lucrati sunt

1. Suum & ob quam *MS. Harl.* 2. Ut ut ipsi *MS. Harl.*
3. Quidem *MS.*

regnum, beatum nacti commercium. Quid di-^{Fol. 102.}
cam de tot episcopis, heremitis, abbatibus, b.
nonne tota insula tantis reliquiis indigenarum
fulgurat, ut vix aliquem vicum insignem præ-
tereas, ubi novi Sancti nomen non audias? Postea tamen, aliquibus transactis temporibus, non paucis ante Normannorum adventum annis, optimates, gulæ & Veneri dediti, ecclesiam more Christiano mane non adibant, sed in cubiculis & inter uxorios amplexus matutinarum solemnia & missarum à festinante presbitero auribus tantum libabant, vulgus in medio expositum præda potencioribus erat, ut vel eorum exhaustis substantiis, vel corporibus in longinquas terras distractis, acervos thesaurorum congererent. Illud erat abhorrens à natura, quod multi ancillas suas ex se gravidas, ubi libidini satisfecissent, aut ad publicum prostibulum, aut ad externum obsequium¹ mendicabant. Clerici, literatura tumultuaria contenti, vix sacramentorum verba balbuciebant. Stupori erat & miraculo ceteris qui Gramaticam nosset. Monachi subtilibus indumentis & indifferenti genere ciborum regulam ludificabant. Potabatur in² commune ab omnibus, in hoc studio noctes perinde ut dies perpetuantibus. In cibis enim urgentes crapulam, in potibus irritantes vomitum, unde sequebantur vicia ebrietatis socia, quæ virorum animos effeminant. Hinc factum

1. Vendicabant *MS. Harl.* 2. Convivio *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

est, ut magis temeritate & furore præcipiti, quam sciencia militari, Willelmo congressi, uno proelio & ipso perfacili servituti se patriamque pessumdederint. Nichil enim temeritate levius, sed quicquid cum impetu inchoatur, cito definit vel compefcitur. Verum sicut in tranquillitate malos cum bonis fovet plerumque Dei ferentitas, ita in captivitate bonos cum malis non-nuncquam ejusdem constringit severitas.

De felici Scotis applicacione Edgari Ethlinge in Scotia, & suæ sororis Margaretæ, postea Scottorum reginæ.

CAPITULUM XIV.

Turgotus.

TURGOTUS. Cernens autem Edgarus Ethlinge, res Anglorum undique perturbari, ascensa navi cum matre & sororibus in patriam reverti, qua natus fuerat, conabatur. Sed summus imperator, qui ventis imperat & mari, mare commovit, & in spiritu procellarum exaltati sunt fluctus ejus. Sæviente vero tempestate, omnes in desperatione vitæ positi, sese Deo commendant, & puppim pelago committunt. Igitur post plurima pericula, & immanes labores, misertus est Dominus desolatæ familiæ suæ. (quia ubi humanum deesse videtur auxilium, ad divinum necesse est recurrendum.) innumeris tandem quassati pelago periculis, coacti sunt in Scociam applicare. Applicuit igitur illa sancta

Fol. 103.

a.

sancta familia quodam loco, qui Sinus Sanctæ Margaretæ deinceps ab incolis appellatur. Nec hoc casu ¹ contigisse, sed etiam summi Dei providencia credimus ibidem advenisse. Igitur in dicto sinu præfata commorante familia, cunctisque rei finem cum timore expectantibus, nunciatum est regi Malcolmo suum adventum, qui tunc ab eodem loco haut procul cum suis manebat, & ad navem nuncios dirigens, rem inde veram sciscitabatur. Nuncii autem ² illic venientes, & magnitudinem navis præter solitum admirantes, regi quæ viderant festinant quanto citius indicare. Quibus auditis, rex plures & prudentiores prioribus de summis suis proceribus illac direxit. ³ At illi sicut nuncii regis majestatis suscepti, virorum proceritatem, mulierum venustatem, ac ⁴ familiæ totius industriam non sine admiratione diligentius considerantes, gratum apud semetipsum inde colloquium conferunt. Quid plura? ⁵ eventum rei, & rerum feriem, & causam nuncii ad hoc destinati dulci alloquio & eloquenti dulcedine investigant. Illi autem, ut novi hospites & advenæ, causam & modum suorum ⁶ applicatus verbis plica carentibus eis humiliter exponunt & eloquenter. Reversi autem nuncii, cum seniorum reverentiam, juvenum quoque prudentiam, matronarum maturitatem, & juvenularum venustatem

1. Contegisse *MS.* 2. Illuc *MS. Harl.* 3. Ac *MS. Harl.* 4. Familiæ *MS.* 5. Eloquio *MS. Harl.* 6. Applicatum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

fuo regi nunciassent, quidam subintulit dicens, Vidimus ibi quandam dominam, quam, ob formæ incomparatam speciem, & ¹ eloquenciæ jocundæ facunditatem, ² tamē ob ceterarum fecunditatem ³ virtutum, illius familiæ, iudicio meo, dominam, suspicans tibi, rex, annuncio, de cuius mirabili venustate & moralitate mirandum magis censeo quam narrandum. Nec mirum, si illam dominam crediderint, quam dominam non solum illius familiæ, sed eciam post fratrem Angliæ tocius heredem, ymmo regni sui participem futuramque reginam divina prædestinaverit providencia. Rex autem audiens illos Anglos & ibidem adesse, propria persona illos visitat & alloquitur, & unde venerunt, aut quo ⁴ vadant plenius explorat. Anglicam enim linguam simul & Romanam æque ut propriam plene ⁵ didicerat, cum post patris sui mortem ⁶ quindecim annis in Anglia mansisset, ubi forte de cognicione hujus sanctæ familiæ aliquid audierat, ⁷ unde quare cum eis nuncius ageret & ⁸ benignius se haberet.

1. Eloquenciæ facundæ jocunditatem, *MS. Harl.* 2. Sic *MS. f.* pro tam & ob. *Nisi malis, cum MS. Harl.* cum ob. 3. Virtutem *MS.* 4. Vadunt *MS. Harl.* 5. Didiscerat *MS.* 6. XIII. *MS. Harl.* 7. Deest unde in *MS. Harl.* 8. Benignius *MS.*

De conjugio Malcolmi regis & Sanctæ Margaretæ,
& quod omnes Anglorum profugos &c.

CAPITULUM XV.

ITEM TURGOTUS. Rex igitur utcumque ^{Turgotus.} Margaretam viderat, & eam de regio fe- ^{Fol. 102.} mine, simul & imperiali genitam esse ^{b.} didice-
rat, ut eam in uxorem duceret petiit, & opti-
nuit, tradente eam Edgardo Ethlinge fratre suo,
magis suorum quam sua voluntate, immo Dei
ordinacione. Nam sicut olim Hester Assuero
regi pro suorum salute ² concivium divina pro-
videncia, ita & hæc illustrissimo regi Malcolmo
copulata fuit in conjugium. Nec tamen quasi
captiva, immo ³ multis habundans divitiis, quas
patri suo Edwardo, tamquam heredi, rex An-
gliaë suus patruus prius dederat, quas eciam ipse
Romanus imperator Henricus, sicut ante paulo
prædiximus non ⁴ minimis honoratum muneri-
bus, in Angliam misit, quarum partem perma-
ximam hæc sancta regina secum in Scociam
transtulit. Attulit eciam plures Sanctorum reli-
quias omni lapide vel auro ⁵ preciosiores. Inter
quas fuit illa sancta crux, quam nigram vocant,
omni genti Scotorum non minus terribilem
quam amabilem pro suæ ⁶ reverencia sanctitatis.

1. Didiscerat *MS.* 2. Continuum *MS.* Sed concivium *MS.*
Harl. 3. Quasi multis *MS. Harl.* 4. Immunis *MS.* Sed *MS. Harl.*
ms nos. 5. Preciosiores *MS.* 6. Reverancia *MS.*

Nuptiæ quidem factæ sunt non procul à finu maris quo applicuit, & magnifice celebratæ anno Domini millesimo LXX. loco qui dicitur Dumfermling, quem tunc temporis rex habebat pro opido. Erat enim locus ille naturaliter in se munitissimus, densissima silva circumdatus, præruptis rupibus præmunitus. In cujus medio erat venusta planicies, eciam rupibus & rivulis munita, quod de ea dictum esse putaretur, non homini facilis, vix adeunda feris. *Willelmus.* WILLELMUS. Omnes Anglorum profugos Malcolmus libenter recipiebat, tutamentum singulis quantum poterat impendens: Edgarum cum Stigando Cantuariensi & Aldredo¹ Eboracensi archiepiscopis, sed Edgarum præcipue, cujus sororem pro antiqua memoria nobilitatis jugalem sibi fecerat. Ejus causa conterminas Angliæ provincias rapinis & incendiis infestabat. Eboracum unicum rebellionum suffugium. Ipse Malcolmus rex cum suis, & Edgarus Marcherius, & Weldeofus cum Anglis & Danis nidum tyrannidis sæpe fovebant, sæpe duces illius trucidabant, quorum singillatim exitus si commemoravero fortasse² superfluous non ero. Hii duo Stigandus & Aldredus cleri principes Londoniæ fuerant cum Edgarus iste, filius Edwardi, filii Edmundi Irynside, post regis Edwardi mortem, post itaque Willelmi victoriam, ab omnibus aliis promotus fuisset in regem, si non ipsi

1. Eboracensi MS. 2. Potius, superfluous ero, cum MS. Harl.

nequiter ¹ restitissent. Illis autem & omnibus Fol. 104.
 dictum esse puto per prophetam: *Iuste judicate* ²
fili hominum. ² Et quoniam injuste judicabant,
 reddidit Deus iuste iudicium idem in caput
 suum, adeo quod à possessionibus cunctis sta-
 tim expulsi sub alas ejus, quem injuste respue-
 rant, refugii locum quærentes, latenter Sco-
 ciam advenerunt.

De filiis & filiabus, quos de Margareta genuit.

CAPITULUM XVI.

TURGOTUS. Huic illustrissimo viro regi Turgotus.
 Scotorum Malcolmò ab Incarnacionis
 Dominicæ anno M. LXX. suæque regnacionis
 XIII. quidam tamen scripserunt anno Domini
 M. LXVII. Margareta, sicut præmissum est, matri-
 monio copulatur. Cristina vero soror ejus in
 Christi sponsam benedicitur. Genuit autem ex
 ea sex filios, scilicet Edwardum, Edmundum,
 Ethelredum, Edgarum, Alexandrum, & omnium
 regum strenuissimum & urbanissimum David:
 & duas filias, Matildem postea reginam Angliæ
 cognomento bonam, & Mariam comitissam Bo-
 noniæ, de quibus singulis postea loco suo dice-
 tur. Qualis vero, vel quanti meriti fuerat illa
 beata regina Margareta apud Deum & homi-
 nes, vitam ejus laudabilem, & mortem, ac mi-

1. Resistissent MS. Sed restitissent MS. Harl. 2. Sed pro & in
 MS. Harl.

racula liber inde confectus legentibus declarabit. Hæc ille. Sæpissime ¹ enim rex boreales Angliæ provincias, à primo regnacionis tempore Willelmi Bastard usque post eciam ejus obitum, valida manu ingressus, omnia vastando circumquaque ² destruxit, animancia quæque prædis & rapina hostiliter abstulit, cunctaque visui humano quæ non abstulit flammis & ferro de superficie terræ crudeliter consumpsit. Innumrabiliū itaque catervas hominum abduxit, ita quod in regno suo domus ferme vel casa nequaquam extiterat, quæ virilis sexus aut feminei captivum seu captivam non tenebat. Quorum autem enumerando quis explicare poterit quot & ³ quantas benedicta regina regis conjunx dato precio libertati restituerit, quos de gentibus Anglorum abducens captivos hostilis violencia ⁴ redigerat in servos? Continuis autem excidiis & deprædacionibus rex Angliam intrans, Northumbriam ultra flumen These vastavit. Tandem cum nobilibus tocius Northumbriæ concordatus, omnem patriam, episcopo Walcherio Dunelmensi cum aliis pluribus apud Gatishede occisis, præter castra quædam in dedicione accepit, omnesque provinciales ad pacem suam & fidem redegit. Et licet Malcolmus pro duodecem villis in Anglia existentibus homo Willelmi Bastard devenerit, provocatus tamen per quosdam Northmannos hominium illud

Fol. 104.
b.

1. Autem *MS. Harl.* 2. *Sic.* 3. Quantos *MS. Harl.* 4. *Sic.*
abje-

abjecit, & tales irrupciones pessimas & strages
eis importabiles non immerito ¹ cumulavit.

VINCENCIUS. Circa annum Henrici quarti ^{Vincencius.}
duodecimum, hinc Scotis hinc Francis Angliam
incurfantibus, Angli tanta fame consumuntur,
ut quidam humanam carnem, & multi carnibus
equinis vescuntur.

*Quod Northumbrenses regi Malcolmo datis obsidi-
bus adhæserunt, & quod Odonem fratrem Willelmi
fugavit.*

CAPITULUM XVII.

EODEM tempore rex Willelmus, postquam
regnum omnibus ad velle dispositis opti-
nuisset, in transmarinis partibus castrum Dol
obsedit, à cuius obsidione Francorum rex Phi-
lippus ipsum manu valida fugavit. Sed & Ro-
bertus Curthose, filius ejus primogenitus, auxi-
lio regis Philippi patri suo bellum intulit, eo
quod Normanniam, quam coram eodem rege
sibi promiserat, dare noluit. Paucis tamen postea
diebus pace firmata cum filio concordatus est.
Cumque eidem, in Normannia adhuc existenti,
nunciatum fuerat, quod quidam finium suorum
incolæ, habitatores scilicet Northumbriæ, ad
regem Malcolmum ab eo divertissent, adversus
eos Odonem fratrem suum, Baiocensem episco-
pum, quem comitem Canciæ fecerat, cum ma-

1. Cumilavit MS.

gna milicia recipiendos misit; atque Northumbri, datis regi Malcolmo prius obsidibus, Scotis firmiter adhæserunt, & Odo patria ¹ vastata rediit partes ad australes. Recedentem igitur Odonem Malcolmus persecutus est, copiis suis aliqualem stragem dedit, & circa ² Humber fluminis litora exercitu fuso, Normannorum & Anglorum terras incredibili cæde circumquaque destruens, cum prædis ac spoliis infinitis in patriam reversus est. Cujus assiduas fedicionis irrupciones rex Willelmus ferre non valens, Robertum filium suum, ut regi Malcolmo bellum inferret, Scociam misit, ³ at ille, nullo parto negotio, revertens, Novum Castrum condidit super Tynam. Diu namque postquam Willelmus Angliam invaserat, Northumbrorum proceres & Australium multi civitatem Eboracensem cum tota patria, Scotorum fulti præsidio, multis annis tenuerunt, crebras irrupciones atque crudelissimas ⁴ fediciones trans Humbri flumen facientes in Normannos. Weldeofum comitem, ⁵ Swardi filium, quem rex Malcolmus fidelissimum semper habebat amicum, quem etiam rex Willelmus supra ceteros Anglorum sibi resistencium magis metuerat, conjugio suæ neptis Judith deceptum callide cepit, ac diu detentum in vinculis postmodum jussit decapitari. Funus autem ejus apud Croland delatum est &

1. Vastatur *MS.* 2. Humbri *MS. Harl.* 3. Ac *MS. Harl.*
4. Cediciones *MSS.* 5. Siwardi *MS. Harl.*

sepultum. Cujus mortem injustam, & opinio-^{Fol. 105.}
nem esse veram, manifeste Deus ibidem^{a.} osten-
dens, innumera pro eo miracula misericorditer
operatur. WILLELMUS. Weldeofus in Ebo-^{Willelmus.}
racensi pugna plures Normannorum solus ob-
truncaverat, ut ejus¹ utar verbis: unos & unos
per portum egredientes decapitans, nervosus
lacertis, thorosus pectore, robustus & procerus
toto corpore, quem *Digera* Danico vocabulo,
id est, fortem cognominabant. Willelmus rex
anno regni xv. de transmarinis expeditionibus
rediens totam Northumbriam vastavit.

*De Malcolmi regis & reginæ virtutum & elemosina-
rum operibus.*

CAPITULUM XVIII.

DE illius magnifici regis² Malcolmi virtu-
tum operibus & elemosinarum largici-
one, sicut in Legenda vitæ beatæ reginæ TUR-^{Turgotus.}
GOTUS testatur, hîc aliqua breviter recitabo.
Sicut enim David propheta in Psalmo cecinit,
cum sancto sanctus eris, sic & ipse rex à sancta
regina sanctis operibus frui, & animum ab ini-
quis ejus hortatu³ didicit refrenare. Nimirum
ipsam tam venerabilis vitæ reginam, quoniam
in ejus corde Christum habitare prospexerat,
ille⁴ quoquo modo formidabat offendere, sed

1. Uter MSS. 2 Malcolmi & reginæ virtutum MS. Harl. 3. De-
dicit MSS. 4. Quodammodo MS. Harl.

Johannis de Fordun

pocius votis ejus & prudentibus consiliis per omnia celerius properabat obedire. Quæ etiam ipsa respuerat eadem & ipse respuere, & quæ amabat¹ amoris illius amare confuevit. Didicit & ejus exemplo vigilias noctis frequenter orando producere, & cum gemitu cordis & lacrimis devotissime Deum² orare. Fateor, inquit Turgotus, fateor, magnum misericordiæ Dei miraculum mirabar, cum viderem interdum tantam orandi regis intencionem, tantam inter orandum in pectore viri secularis compunctionem. In Quadragesimali tempore & diebus Adventus ante Dominicum Natale, nisi major secularis occupatio impediret, peracto matutinali officio, & auroræ missarum solemniis celebratis, rediens in cameram rex pedes sex pauperum cum regina lavare, & aliquid quo paupertas consolaretur solebat erogare. Inter hæc³ crescentes pauperes in regiam aulam consuetudo erat introduci, quibus per ordinem circumfidentibus, cum rex & regina ingrederentur, à ministris hostia claudebantur, & exceptis capellanis quibusdam religiosis & aliquibus ministris, illorum elemosinarum operibus interesse nulli licuerat; Rex ex una, regina vero ex altera parte Christo in pauperibus servierunt, magnaque cum devocione cibos & potum, specialiter ad hoc præparatos, optulerunt. Fue-

1. *F.* amore. *Nam in MS. Harl.* amore amoris illius. 2. Adorare *MS. Harl.* 3. Trecentos pro crescentes in *MS. Harl.*

runt autem rex & regina caritatis operibus ambo pares, ambo cultu pietatis insignes. Quo Fol. 105. b. facto, rex pro temporalibus & regni sui negociis sese sollicitus occupare, regina solebat ecclesiam intrare, ibique prolixis precibus & lacrimarum singultibus seipsam Deo sacrificium corditer immolare. Hæc Turgotus.

De obitu Willelmi Bastarde, & quod sine calumpnia sepulturam non habuit; & de concordia inter Willelmum Rufum &c.

CAPITULUM XIX.

ANNO Malcolmi regis tricesimo primo rex Angliæ Willelmus Bastarde obiit Rothomago, cujus corpus per Secanam ¹ Cadanum delatum est. WILLELMUS. Varietatis hu- Willelmus: manæ tunc fuit videre miseriam, quod homo ille, tocius olim Europæ honor, antecessorum suorum omnium potencior, sedem æternæ requiecionis sine calumpnia impetrare non potuit. Namque miles quidam, ad cujus patrimonium locus ille pertinuit, clara contestans voce rapinam, sepulturam inhibuit, dicens, avito jure solum suum esse, nec illum in locum, quem violenter invaserat, pausare debere. Quocirca, volente Henrico filio, qui solus ex liberis aderat, centum libræ argenti litigatori persolutæ audacem calumpniam compescuerunt. Eodem

1. Cadomum *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

anno Domini, viz. M.LXXXVII. in regno Anglorum successit filius ejus Willelmus Rufus, & regnavit annis XIII. Anno deinde regni sui quinto ipse, cum fratre suo Roberto, montem Sancti Michaëlis transmarinum in contrarium sui fratris Junioris Henrici per totam Quadragesimam obsidens, nihil profecit. Tandem inter eos inita pace, rediens cum duobus fratribus, occurrit regi Malcolmo, Northumbriam vastanti, quos comes Robertus ea condicione pacificavit, ut rex Scociæ regi Willelmo obediret, & duodecem villas, quas sub patre suo habuerat, Malcolmo redderet, ac singulis annis duodecem

Willelmus. marcas auri eciam daret. WILLELMUS. Idem rex Willelmus, cum Normannia contra fratrem pugnaturus fuisset, resolvit proelium, infectaque re, quam incenderat, eo quod eum Scotorum & Walencium tumultus vocabant, in regnum cum ambobus fratribus se recepit. Statimque primo contra Walenses, post in Scotos expeditionem movens, nihil magnificencia sua dignum exhibuit, militibus multis desideratis, peremptis & interemptis. At vero tunc fatagente Roberto comite, qui familiarem jam dudum apud Scotos locaverat gratiam, inita est concordia inter Malcolmum & Willelmum, verumtamen multis controversiis utrobique fluctuante justitia propter utrorumque animositatem. Idemque Malcolmus anno secundo postmodum

1. Interceptis *MS. Harl.*

ab hominibus Roberti Mwbra, comitis Northumbrensiū, magis fraude quam viribus occupavit. Cujus interitus accepto nuncio, uxor Margareta, elemosinis & pudicitia insignis, fastidens hujus lucis moram, precaria mortem exegit à Deo. Ambo cultu pietatis insignes, illa præcipue. Namque toto vitæ tempore xxiiii. pauperes habebat ubicumque locorum erat, quos cibus & vestibus reficiebat. Ceterum in Quadragesima sacerdotum tantum præveniens, noctibus in templo excubabat, triplicibus matutinis ipsa insistens de Trinitate, de cruce, de Sancta Maria. Inde psalterium cum lacrimis vestem infudentibus, pectus succucientibus. Templo digrediens, pascebat pauperes, primo tres, mox novem, inde viginti quatuor, postremo tricentos, ipsa cum rege assistens, & aquam infundens eorum manibus. Hæc Willelmus.

De fundacione Dunelmensis ecclesie per Malcolmum, & obsidione castri de Murealden per eundem, & ejus & filii sui interfectione ibidem.

CAPITULUM XX.

TURGOTUS. Hæc & opera pietatis hiis Turgotus. familia idem rex Malcolmus excercens, novam Dunelmensem ecclesiam fundare cœpit & ædificare, ponentibus eodem rege Malcolmmo, Willelmo ejusdem ecclesie episcopo, &

1. Ecclesie & per MS.

Turgoto priore, primos lapides in fundamento. Fundavit itaque ecclesiam Sanctæ Trinitatis de Dunfermline ante diu, quam multis ditavit donariis & redditibus. Cumque maximam prædam ex Anglia more solito ultra flumen These,¹ de Clefeland, Richemond, & alibi sæpius abduceret, & castrum de Alynwik, five Murealdene, quod idem est, obsideret, obsessosque sibi rebellantes opido affligeret,² quod hii, qui inclusi fuerant, ab omni humano excludebantur auxilio, & cum tam forti & impetuoso exercitui vires deesse cognoscerent, inito consilio, novo prodicionis ingenio usi sunt in hunc modum. Unus autem præ ceteris pericior, fortis robore, & audax in opere, se discrimini mortis optulit, ut vel se morti traderet, aut socios à morte liberaret. Nam regis prudenter adiit exercitum, ubi nam esset rex & quis, benigne interrogans. Quærentibus causam inquisitionis dixit, se castrum regi traditurum, & in argumentum fidei, claves ejusdem in hasta sua coram omnibus portavit³ oblaturus. Quo audito, rex, doli nescius, incaute à tentorio inermis exiliens & minus provide occurrit proditori. At ille, quæsitâ oportunitate, inermem regem armatus transfixit, & latibula silvæ vicinæ festinanter est ingressus. Sicque rex idem strenuus obiit anno Domini millesimo nonage-

1. De omittit *MS. Harl.* 2. Deest quod in *MS. Harl.* 3. Oblaturum *MS.*

fimo tercio, viz. Idus Novembris die Sancti Bricii. Turbato igitur exercitu dolor dolorem¹ accumulatur. Nam primogenitus regis Edwardus mortaliter vulneratur. Qui xvii. Kal. Decembris anno prænotato tercia die post patrem apud² Edwardisle, foresta de Redwere, fatis cessit, & sepultus est in ecclesia Sanctæ Trinitatis de Dunfermlyn, juxta patrem, ante altare Sanctæ crucis. WILLELMUS. Rex Malcolm^{Willelmus.} postquam cæsus fuerat, apud Tynmuth multis annis humatus est, & postmodum ab Alexandro filio suo Scociam ad Dunfermlyne deportatus.

De morte Sanctæ Margarete, & obsidione castri puellarum per regis fratrem Donaldum, invadentem regnum, & de fuga filiorum regis de regno.

CAPITULUM XXI.

TURGOTUS. Quod ut audivit regina, Turgotus. multis ante infirmitatibus ad mortem pene cruciata, immo, quod verius est, Spiritu Sancto præcivit, confessione facta, & in ecclesia communionem devote percepta, Deo se precibus commendans, animam sanctam celo reddidit xvi. Kal. Decembris, die quarto post regem, anno quo supra, in castro puellarum. Itaque cum adhuc corpus Sanctæ reginæ esset in castro, ubi illius felix anima ad Christum, quem

1. Accumulat MS. 2. Eadwardik MS. Harl.

semper dilexerat, migravit, Donaldus Rufus vel Bane, frater regis, ¹ ejus audita morte, regnum multorum manu vallatus invasit, & prædictum castrum, ubi regis justos & legales sciebat heredes, hostiliter obsedit. Sed quia locus ille natura sui in se valde munitus est, portas solummodo credidit custodiendas, eo quod introitus aut exitus aliunde non de facili pateat. Quod intelligentes qui intus erant, docti à Deo, meritis, ut credimus, Sanctæ reginæ, per posticum ex occidentali plaga sanctum corpus deferebant. Ferunt autem quidam, in toto ² itinere illo nebulam subnubilam omnem familiam illam ³ circumdedisse, & ab aspectibus hostium miraculose protexisse, ut nec itinerantibus terra vel mari nichil obfuit, sed ad optatum sibi prospere locum, ecclesiam scilicet de Dunfermlyn, ubi nunc in Christo requiescit, sicut ipsa prius jusserat, pervenientes deportarunt. Sic quidem Donaldus regnum optinuit veris heredibus effugatis. Interea Edgarus Ethlinge, frater jam dictæ reginæ, timens illud, quod generaliter dictum est, suis evenire posse nepotibus, nulla fides in regno fociis, ideo tucius eos ad tempus esse credidit subtrahere, quam avunculo secum regnatos committere. Omnis enim in errore consortem sibi quærit, in regno nullus. Quamobrem filios & filias regis & reginæ sororis suæ congregatos in Angliam secum

1. Cujus *MS.* 2. Itenere *MSS.* 3. Circumdasse *MS.*

secrecius transduxit, & eos per cognatos & cognitos non manifeste sed quasi in occulto nutriendos destinavit. Timuit enim, ne Normanni, qui tunc temporis Angliam invaserant, sibi vel suis malum molirentur, eo quod Angliæ regnum eis hereditario jure debebatur. Et licet ibidem quasi secreto tempore parvo mansisset, tamen divulgatum est apud regem, quod ejus assisteret tradicioni. Sicque, quod verebatur, accidit in hunc modum.

Fol. 107.

a.

De quodam Anglico, Orgaro nomine, Edgarum Ethlinge calumniante, de prodicione fienda contra regem Willelmum secundum, ¹ in duello.

CAPITULUM XXII.

TURGOTUS. Eodem tempore, regnante *Turgotus.* Willelmo secundo, miles ² quidem degener Anglicus, Orgarus nomine, gratum exhibere se regi volens, convenit, calumpnians eundem clitonem Edgarum, videlicet genere gloriosum, (nam ipsum sic vocabant) de regis Willelmi prædicti tradicionem. Causa autem coram rege super hoc prolata, quia Edgarus de regia stirpe fuerat progenitus, & regno jure Anglico proximus: rex, causam esse veram ut sibi præcaveret ³ autumans, actorem vi & protectione regia tuebatur. Nec incerta jam de Orgaro poterat esse sententia, si crimen impositum

1. F. & de duello. 2. Quidam MS. Harl. 3. Autimans MS.

probari potuisset. Hinc anxius effectus Edgarus coepit diligentius inquirere, si quis vel verbo vel consilio ¹ causam partis suæ auderet favere. Verum timor regis eum præmia pollicentem prævenerat, quia se non impune optimates illi favere posse credebant, qui pro ejus defensione regis odium incurrissent. Fluctuanti igitur & nimia anxietate dejecto, miles de Wyntonia, Anglicus natione, genere non ignobilis, nomine ² Godwinus, veteris parentelæ ipsius non immemor, opem se præstaturum in hac re tam difficili compromisit. Instabat jam dies hujus causæ diffinitioni præfixus. Affuit continuo actoris superciliosa persona, qui, quoniam corporis viribus præstare videbatur, & propter periciam bellandi, quam fatis noverat, nullum sibi certamine parem æstimabat; sed & huic æstimacioni favor regis accessit, quibus elatus, facile probaturum se credebat quicquid alteri imposuisset. Eo igitur sic calumpniante, compellitur Edgarus se duello defendere, vel alterum pro se bello surrogare. Sic enim lata sententia rei veritatem expectabat. Godwinus igitur, Edgari causam in se capiens, interposito, ut moris est, utrimque juramento, Edgarum se defensurum exponit. Fit mox magnus hinc inde armorum apparatus, pugnaturi conveniunt. Or-
 Fol. 107. garus, favore regis elatus, regis satellitibus hinc
 b. inde vallatus, insignibus eciam armorum orna-

1. Potius, causæ, cum MS. Harl. 2. Gowinus MS.

mentis splendidus procedit. Godwinus econtra, licet non æquali ducum favore regi favencium, non minori tamen confidentia animi locum certaminis est ingressus. Qui & si regis iram pro partis adversæ tuicione formidaret, jure tamen hanc naturæ vicem rependendam arbitrabatur, ut illius causam ageret, quem justius sibi ceterisque ¹ auctorem natura dominari debuisse cognoverat. Hinc eciam calumpniatorem cum justa animadversione increpat, qui Anglicus genere existens, naturæ videretur impugnator. Quem enim ut Dominum ² venerari debuerat, utpote de jure generis existens, cui se & omnia sua debuisset. Silencio namque per præconem omnibus imposito, & vadiis utrorumque à judice in certaminis locum projectis, ut Deus, secretorum cognitor, hujus causæ veritatem ostenderet, proclamante, postremo res armis, & causa superno Judici committitur.

De eodem duello, & occisione calumpniatoris per Godwinum de Wintonia.

CAPITULUM XXIII.

TURGOTUS. Nec mora insurgit alter in ^{Turgotus.} alterum, actor in defensorem. Mox ictus hinc geminantur & inde. Orgarus impetu facto, dum alter scuto ictum excipit, partem scuti non modicam amputavit. Nec segnius

1. Actorem *MS. Harl.* 2. Venerare *MS.*

Godwinus ictu gravissimo accensis animis in ictum confurgit, & dum alter flectit scutum incaucius inter caput & humerum, ictu vibrato os illud cum loricæ nodis prorumpit, quod cervici humerum conjungit finistrum. Sed hoc ictu capulus solvitur, & manum ferientis fefellit, & gladius de manu tenentis labitur. Hoc hostis comperto, licet vulnere graviter affectus, manumque læva debilitatus, gravius tamen in adversarium confurgit, eumque tanto facilius debilitaturum esse se existimans, quod eo caruisset adjumento quo præcipue pugnare debuisset; spes tamen ipsa dominum suum fefellit. Nam Godwinus, licet adversario pro posse toto obsistente, scuto protenso inter immanes ferientis ictus gladium jam diu elapsum sustulit de terra. Quem cum firmiter ob capuli¹ diminutionem tenere nequivisset, duobus digitis anterioribus aciem gladii complexus, & si absque læsione adversarium suum lædere feriendo non² posset, impugnando tamen & ictus funestos jaciendo, non adversario suo videbatur esse inferior. Non enim aut incursioni hostis cessit, aut ab ictibus ille cessavit. Uno quidem ictu cum capitis diminutione adversarii sui oculum eruens, ictu iterato partem reliquam hostis fraudulentum corporis adeo inutilem³ nullam vulnerando fecit, quod⁴ pedes non ultra sub-

Fol. 108.
a.

1. Diminutione *MS.* 2. Possit *MS.* 3. *Deest* nullam in *MS. Harl.* 4. Pedes habere non ultra subsistere *MS. Harl.*

fistere

fiſtere Orgarus¹ niſus eſt, ſed pene mortuus terræ proſternitur. Jamque cum magno fragore armorum hoſti proſtrato ille non piger pedem impoſuit, & ſubito fraus & calliditas hoſtis jam evacuata detegitur, ac reus perjurii palam arguitur. Abſtracto namque cultro, qui caliga latebat, ipſum perfodere conatur, cum ante initum congreſſum juraverit, ſe nichil niſi arma decencia militem in hoc duello geſtaturum. Mox tamen perjurii pœnas perſolvit. Cultro ſiquidem erepto, cum ſpes reum deſereret, crimen protinus confitetur. Attamen hæc confeſſio nichil ad vitam illi profuit elongandam. Undique vero vulnere ſuccedente vulnere, perfodebatur, donec animam impiam vis doloris & magnitudo vulnerum expelleret. Hiis itaque peractis hujus duelli² caſibus, omnes mirantur, & juſtum Dei judicium ſunt laudantes, eo quod, calumpniatore expugnato, is, qui veritatis fuerat & innocentiæ deſenſor, nec unum quidem vulnus ab impetente fuerit perpeſſus. Nam exinde tam regi quam ducibus ob inſigne virtutis indicium acceptiſſimus extitit, adeo quod ſuperati hoſtis terras & poſſeſſiones hereditario jure rex ei concederet poſſidendas. Sed & Edgarus Ethlinge, dum regi probatur fideliffimus, factus eſt eciam ei amiciffimus, inſuper & eum donis ditavit multis & honoribus.

1. Viſus *MS. Harl.* 2. Caſus omnes *MS. Harl.*

De Duncano, filio Malcolmi notho, regnum à Donaldò patruo optinente, & ejus morte, & quod Donaldus regnum iterato recepit, & quod eodem tempore rex Norguagiæ nostras insulas optinuit.

CAPITULUM XXIV.

INVASO siquidem regno Scotorum per Donaldum, legitimis itaque regis Malcolmi heredibus, Edgario scilicet, Alexandro & David, qui licet minor fuerit ætate, majori tamen præditus virtute, propter metum illius in Anglia commorantibus. Nam alii tres filii regis majores non fuerunt, ut hîc dicitur, superstites. Edwardus, ut dictum est, occiditur cum patre. De Ethelredo nichil certum scriptis invenio ubi sit mortuus vel sepultus, præter, ut quidam asserunt, in antiqua ecclesia Sancti Andreae de Kilrimont humatus requiescit. Edmundus, vir strenuus & in Dei servicio devotus, apud Montem acutum in Anglia post mortem sepultus est. Sed aliter Edmundum obisse **WILLELMUS** scripsit, ut postmodum in sequentibus apparebit. Interea Duncanus, Malcolmi regis filius nothus, cum obses erat in Anglia cum rege Wilhelmo Rufo, armis militaribus ab eo insignitus, & ejus auxilio suffultus, in Scociam superveniens, patrum suum Donaldum fugavit, & in regem susceptus est. Qui cum per unum annum & sex menses regnasset, avunculi sui

Wilhelmus.

Fol. 108.
b.

fui Donaldi dolo, quem sæpius bello vicerat, per comitem de Mernis, nomine Malpeit, Scotice Malpedir, apud Monthechyn cæsus interiit, & insula Jona sepultus. Quo mortuo, Donaldus iterum regnum invasit, ac tribus annis tenuit, cum ante Duncanum per sex menses regnasset. Itaque post mortem regis Malcolmi Scotis funestam, illi duo, Donaldus scilicet & Duncanus, annis quinque qualitercumque regnaverunt. WILLELMUS, de prædicto Ed-*Wilhelmus.* mundo scribens, ait, Solus fuit Edmundus filiorum regis & Margaretæ filius à bono degener, qui Donenaldi patruis nequiciæ particeps, fraternæ non inscius necis, Duncani fuerit pactus¹ scilicet regni dimidium. Sed captus, & perpetuis compedibus detentus, ingenue poenituit, & ad mortem veniens cum ipsis vinculis se tumulari mandavit, professus, se plexum merito pro fratricidii delicto. Hiis igitur in hunc modum, Donaldus scilicet, & Duncano, ac etiam Edgardo, pro regno certantibus, Magnus Noricorum rex, filius regis Olavi, filii regis Haroldi² cognomento Harfager, exercitu navali marinos vortices peragrans, Orchades insulas, & Menanias Scociæ & etiam Angliæ regno suo subegit, quæ antiquo jure pro parte majori regno Scociæ pertinere solebant. Nam à tempore Ethdaci Rothai³ pronepote Symonis

1. Sibi *pro* scilicet in *MS. Harl.* 2. Cognomento *MS.* 3. *Sic MSS.*

Brek, qui primus omnium Scotorum infulas incoluit, hucusque per spacium ferme duorum milium annorum, & antequam rex Scotorum Fergusius filius Feradach solum Albionis intravit per annos circiter quingentos, easdem infulas continue Scoti sine aliqua interruptione possidebant.

De reditu filiorum Malcolmi ex Anglia, & fuga Donaldi de bello.

CAPITULUM XXV.

EDGARUS interim Clito videns, Donaldum regnum Scociæ, quod suis ex jure debebatur nepotibus, nequiter invasisse, nec illud, licet per internuncios sæpius, amicabili mediante concordia, requisitum, volentem reddere, commotus in ira, collectis undique ingentibus amicorum copiis, auxilioque Willelmi regis supradicti vallatus, adversus Donaldum profectus est: ut, eo expulso, nepotem suum Edgarum, juvenem, Malcolmi regis ex sorore Margareta filium, regem Scociæ² constitueret. Cui, erga natale solum properanti, & hostium sedicionem timenti, astitit in visu noctis silencio beatus Cuthbertus, dicens: “Fili, noli timere, quia
 “placuit Deo tibi dare regnum: & hoc tibi
 Fol. 109. “signum, cum vexillum meum tecum de mo-
 a. “nasterio Dunelmi tuleris, & contra adverfa-

1. Easdam MS. 2. Constituerat MS.

“ rios illud erexeris, tibi exurgam in auxilium,
“ & dissipabuntur inimici tui, & qui oderunt
“ te fugient à facie tua.” Expergifactus itaque
adolescens, avunculo suo Edgardo rem retulit,
& ille, Deo se & omnes suos & patrocínio San-
cti Cuthberti committens, quod Sanctus hor-
tando jufferat, animosius adimplevit. Postea
facto ¹ ingressu, & Sancti Cuthberti vexillo le-
vato, quidam miles Anglicus genere, Robertus
nomine, filius antedicti Godwini, paternæ pro-
bitatis imitator & heres, duobus tantum militi-
bus comitatus, in hostes irruit, & fortissimis,
qui ante aciem quasi defensores stabant, per-
emptis, antequam infimul appropinquarent ex-
cercitus, Donaldus cum suis in fugam versus
est, & sic incruentam victoriam, Deo propicio,
meritis Sancti Cuthberti feliciter optinuit. Ecce
quomodo populus indigena fidelis resistere ve-
retur contra verum & legium Dominum, &c.
ut in XVIII. capitulo præcedenti. Caveant igitur
& abhorreant regnorum invasores injusti, ne fi-
delem populum adversus legitimum & legium
Dominum vel heredem bellandum magis du-
cant, quam bonum filium contra patrem. Ed-
garius itaque, nunc animosior effectus, suis om-
nibus, & si non opus esset, animos viriles re-
parat, paternum regnum, de jure sibi debitum,
ingreditur, & ingredienti ab indigenis absque

1. Congressu *MS. Harl.*

contradiccionis obstaculo gaudenter¹ offertur, sed & ab illo susceptum deinceps honorifice gubernatur.

De successione regis Edgari, filii Malcolmi, in regno, & donis datis Sancto Cuthberto.

CAPITULUM XXVI.

*Godfridus
Bolton.*

IGITUR ab Incarnacionis Dominicæ anno M.XC.VIII. Imperatoris Henrici XLII. Edgarus, regis Malcolmi & Margaretæ filius, Donaldus patruo successit, & ix. annis cum aliquot mensibus regnavit. Ab ipso quidem ipse Donaldus captus est, & cæcatus, ac carceri perpetuo dampnatus. In regnum vero pacifice cum sublimatus fuerat, & cuncta pro sua voluntate disponenda suscepit, illud Salamonicum reminiscens, *In diebus bonorum non immemor sis malorum*, Sancti Cuthberti ducis sui non immemor, monachis Dunelmensibus terram suam de Coldinghame, cum omnibus illius appendiciis, imperpetuum dedit, concessit, & confirmavit. Addidit etiam vir magnificus, sed & rex magnificus, munus muneri, hoc est, villam nobilem de Berwik, cum appendiciis, episcopo & suis successoribus Dunelmensibus dedit & confirmavit possidendam. Quantum & quale donum regis episcopatus totus gratanter accipiens in pace bona possedit, donec Ranulfus episcopus illud

Fol. 109.
b.

1. Offeruntur MS. Sed offertur in MS. Harl.

non

non immerito hoc modo demeruit. Edgardo rege ad regem Angliæ Willelmum secundum tendente, Robertus ille, filius Godwini, de quo superius fit mencio, de licencia regis ad terram, à rege sibi datam, in Laudonia moratus est, & dum castellum ibidem ædificare niteretur, à provincialibus subito & baronibus tandem Dunelmensibus circumventus, eodem Ranulfo episcopo agente, captus est: in qua tamen captione magnam suæ virtutis memoriam apud tocius regionis incolas dereliquit. Quod rex Edgarus rediens ut audivit, illum, ex præcepto regis Angliæ liberatum, secum in Scociam reduxit cum honore, & quicquid ante episcopo donaverat, omnino sano consilio sibimet reservabat. *WIL-*^{*Willelmus:*}
LELMUS. Anno undecimo Willelmi secundi regis supramemoratus Noricorum rex Magnus, Orcadas insulas, & Menanias, & si quæ aliæ jacent in Oceano, armis subegit, & dum obstinatus Angliam per Anglesiam petebat, occurrerunt ei comites Hugo Cestrensis & Hugo Scroisberiensis, & ipsum armis expulerunt. Cecidit ibi Hugo Scroisberiensis.

De conjugio sororum suarum, Matildis cum Anglorum Henrico rege, & Mariæ cum Eustachio comite Bononiæ.

CAPITULUM XXVII.

ERAT autem iste rex Edgarus homo dulcis & amabilis cognato suo regi Sancto Edwardo per omnia similis, nichil durum, nichil tyrannicum aut amarum in suos excercens subditos, sed eos cum maxima caritate, bonitate & benevolencia rexit & correxit. Ejus autem ¹ anno quarto, Nonas Augusti, rex Angliæ Willelmus Rufus, cum iret venatum in nova foresta, à Waltero Tirel, quodam milite transmarino, infcio & immeditato, ferarum aliqua ferente sagittam, occiditur, multa flagicia luens una horula, nec postea verbum edidit. Ab omnibus suis statim relictus, & in carro à rusticis devectus, sub turri Wintoniæ sepelitur. Successit autem in regno sibi frater suus junior Henricus, cognomine Bewclerk, cui rex idem Edgarus forem suam Matildem eodem anno dedit uxorem, quam Anselmus archiepiscopus die Sancti Martini proximo reginam inunxit & consecravit. Mariam vero, forem suam juniorem, Eustachio Juniori, comiti Bononiæ, nuptam tradidit. De quarum moribus sororum, & earum bonis actibus, aliquid scire cupienti, in hoc postea

1. Anno quarto, IIIIto. Nonas *MS. Harl.*

libello erit utcunque declaratum. Genuit autem Angliæ idem rex Henricus ex regina Matilde filium, nomine Willelmum, qui, cum ætatis efflet xvii. annorum, ex Normannia cum patre rediens in Angliam, & Ricardus frater ejus nothus, soror ejus cum nepte, atque Ricardus Fol. 110. comes de Cestria, & multi nobiles, tam viri ^{a.} quam feminæ, cum c. xl. militibus, & quinquaginta nautis, omnes in mari submersi sunt apud Barbefloth; rex cum paucis vix evasit. Itaque rex genuit ex Matilde filiam, nomine Matildem, quæ prudentia, forma, divitiis, imperio digna, nupsit Henrico, imperatori Romano. Huic Matildi fecit Henricus, rex Angliæ, pater ejus, omnes proceres Angliæ fidelitatem jurare, priusquam mare secundo transfret, quia, præter ipsam, heredem regni non habebat. Genuit autem prædictus Bononiæ comes Eustachius ex prædicta Maria, sorore Matildis reginæ, filiam itaque nomine Matildem: quæ virum strenuum, Stephanum comitem Mauritanæ, regis Henrici nepotem, postea regem Angliæ, sponsum accepit, de regali simul & consulari stirpe progenitum. Omitto filias, propono matres, exemplum viventibus, quæ cum seculi pompa, quod raro reperitur, divites sanctis ¹ extitere virtutibus, pauperes utriusque sexus, cujuscumque conditionis essent, ac si Christi membra fuissent, coluerunt, ² religiosos clericos, sacer-

¹.Excercere *MS.* Sed extitere *MS. Harl.* ².Et religiosos *MS. Harl.*
dotes,

dotes, & monachos amore ¹ sincero velud patronos, & suos futuros cum Christo judices, tenerime dilexerunt. Postquam Edgarus in pace bona novem, ut supradictum est, annis & tribus mensibus regnum rexisset, apud Dunde sexto Idus Januarii vitam finiens, in ecclesia Dunfermlin ante magnum altare juxta patrem tumulatur.

De successione fratris sui Alexandri, cognomine Fers, & de suis condicionibus.

CAPITULUM XXVIII.

ILLI successit frater ejus Alexander, cognomine Fers, anno Domini M.C.VII. & imperatoris Henrici quinti primo, cui nupsit Matildis, hujus Alexandri neptis, Henrici regis Angliæ, & bonæ reginæ Matildis filia. Tenuit autem imperium annis xx. regnavitque rex annis xvii. Erat enim vir literatus & pius, clericis & religiosis fatis humilis & amabilis, ceteris subditorum ultra modum terribilis, homo magni cordis, ultra vires suas in omnibus se extendens. Erat itaque in construendis ecclesiis & reliquiis Sanctorum perquirendis, in vestibis sacerdotibus librisque sacris conficiendis & ordinandis, studiosissimus, omnibus advenientibus eciam supra vires liberalissimus, circa pauperes ita devotus, ut in nulla re magis delectari quam in eis suscipiendis, lavandis, alendis &

1. Sincero MS.

vestiendis videretur. Matris enim vestigia sequens, eam in piis actibus adeo æmulatus est, ut tot & tantis donariis ditaverit tres ecclesias, ecclesiam viz. Sancti Andreae de Kilremont, & ecclesias Dunfermilinensem & Sconensem, unam à patre & matre fundatam, alteram à seipso, in¹ honore Sanctæ Trinitatis & Sancti Michaëlis Archangeli, in superiore fede regni Scona fundatam & erectam, ut posterius sui plus ab ipsis villicarint quam adjecerint. Fundavit etiam monasterium canonicorum de insula Emonia juxta Inverkeithin, excepto quod illustris David successor & frater ejus eas in bono statu tenuerit, & præcipue Dunfermlyn, ubi & ipse pausat, donis sustulerit & ædificiis ampliaverit. Ipse est, qui cursum apri beato Andreae contulit. Ipse est itaque, qui tot & tanta privilegia præstitit ecclesiæ prædictæ Sanctæ Trinitatis de Scona, quam fundatam ædificavit loco, quo reges antiquitus tam Scoti quam Picti sedem regni primam constituerunt, & illius temporis more, scemate lapideo constructam, dedicari fecit, ad cujus dedicationem, præcepto regis urgente, totum pene regnum² concurret. Ipsam quidem ecclesiam, Deo disponente, cum pertinentiis omnibus, canonicis regularibus, ab ecclesia Sancti Oswaldi de Nostle vocatis, & ceteris post eos usque finem seculi Deo servituris, libere tradidit gubernandam.

1. Honorem *MS. Harl.* 2. *F.* concurret. Sed concurreret in *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

*De morte sororum ejus, Matildis reginae &
 Mariae comitissae.*

CAPITULUM XXIX.

IPSIUS Alexandri regnacionis anno XI. soror ejus obiit Matildis, Angliæ regina, cognomine bona, Kal. Maii, sepultaque est honorifice in ecclesia beati Petri Apostoli apud Westmonasterium Londoniis, ¹ post magnum altare in oratorio. Cujus, eliganter & curiose constructi, in medio tumuli summitate Sancti regis Edwardi reliquiæ conduntur opere sumptuoso, & circa tumulum undique reges honorifice sepeliuntur. De cujus reginae virtutibus quidam sic metricè scripsit :

Versus. *Prospera non lætam fecere, nec aspera tristem,
 Aspera risus ei, prospera terror erant.
 Non decor effecit fragilem, non sceptrâ superbam,
 Sola potens humilis, sola pudica decens.
 Maii prima dies, nostrarum nocte dierum
 Raptam, perpetuam fecit inire diem.*

Item aliud ejus epithaphium, eodem ² tumulo dependens, dudum legebam aureis litteris scriptum sic ³: *Hic jacet Matildis, regina bona Angliæ, uxor quondam regis Henrici primi, filia Mal-*

1. Retro pro post in MS. Harl. 2. Tumulo MS. 3. *At rectius se habet, è Codice MS. Anstifiano, in Ed. nostra Guilielmi Neubrigenfis, pag. 702.*

colmi regis Scociæ & uxoris suæ Sanctæ Margaretae. Quæ obiit anno Domini M.C.XVII. de cujus bonitate & morum probitate dicere omnia non sufficeret dies.

WILLELMUS. Uxor Henrici regis ex antiqua *Wilhelmus.* regum & illustri stirpe descendit Matildis, filia Malcolmi regis Scotorum, à teneris annis sanctitudinis ¹ egregia, maternæ pietatis æmula, nichil finistrum quantum ad se moribus admit- tens, præter regium cubile, pudoris integra, nulla eciam suspicione læsa. Cilicio sub regio cultu convoluta, nudipes diebus Quadragesimæ terebat ecclesiarum limina, nec horrebat pedes lavare morbidorum, ulcera sanie distillancia *Fol. III.* contrectare manibus, longa postremo protelare ^{a.} oscula & mensam apponere, & in servicio Dei audiendo voluptas unica. Inter hæc erepta est patriæ magno provincialium dampno, suo nullo. Nam & funus nobiliter curatum apud West- monasterium quietem accepit, & spiritus se cœlum non frivolis signis ostendit. Obiit regno post XVII. annos & VI. menses libenter relicto. Hæc ille. Maria namque soror ejus, comitissa Bononiæ, tercio ante suum obitum anno de hac vita migravit, & apud Bermondesay ex al- tera parte Londoniarum in monasterio Sancti Salvatoris in pace quiescit. Quæ regina sorore non minor extitit probitate, licet regia caru- erat dignitate. Tumulus autem ejus marmo- reus, regum & reginarum ymagines habens im-

1. F. egregiæ. Sed sanctitudine egregia in MS. Harl.

Johannis de Fordun

pressas, genus quiescentis demonstrat. Et in superficie ejusdem tumuli titulus, litteris aureis scriptus, vitam & originem breviter ita comprehendit :

*Nobilis hîc ¹ tumulata jacet comitissa Maria,
Actibus hæc nituit, larga, benigna fuit.
Regum sanguis erat, morum probitate vigebat,
Compaciens inopi, vivat in arce poli.*

Hæ vero duæ sorores, Matildis & Maria, filiæ regis Malcolmi & Margaretæ, sui generis celsitudinem conjugio avorum, ingenuitate sanctimoniam, magnitudine rerum temporalium, larga in pauperes & ecclesias dispensatione decenter ornaverunt.

*De commendacione illius Matildis reginæ virtutum,
sed unius præcipue, quam rex David frater ejus
abbati Baldredo retulit.*

CAPITULUM XXX.

Turgotus.

TURGOTUS. De dictorum regum Edgari, & Alexandri, simul & David, de quo dicetur, sororis reginæ bonæ Matildis admirabili gloria animique virtute, quamque fuerit in officiis divinis sacrisque vigiliis assidua ac devota, in tanta insuper potestate quam humilis, qui scribere voluerit, alteram nobis Hester nostris temporibus declarabit. Quod facere nos omi-

1. Tumilata MSS.

simus,

simus, tum propter materiæ magnitudinem, tum propter harum rerum minorem adhuc cognitionem. Unum tamen illius referam opus, quod ex ore nominandi & nuncquam obliviscendi David regis audivi, per quod qualis fuerit circa pauperes Christi, fatis, ut arbitror, elucefcet. Cum, inquit, adolescens adhuc in curia regis fervirem, nocte quadam in hospicio meo cum fociis meis nescio quid agens, ad thalamum reginæ ab ipsa vocatus accessi. Sed ecce! domus plena leprosis, & regina in medio stans, depositoque pallio, cum se lintheo præcinxisset, posita in pelvi aqua cœpit lavare pedes eorum & extergere, extersosque utrisque constringere manibus & devotissime osculari. Cui ego, quid agis, inquam, ô Domina? Certe si rex sciret ista, nuncquam os tuum, tabe tali pollutum, suis ¹ dignabitur tangere labiis. Tunc illa subridens, pedes, ait, regis æterni quis nesciat labiis regis morituri esse præferendos? Ego certe idcirco vocavi te, frater karissime, ut exemplo meo talia discas operari. Sumpta deinde ² pelvi, fac, ait, quod me facere intueris. Ad hanc vocem vehementer expavi, & nullo modo id me pati posse respondi. Necdum enim sciebam dominum, nec revelatus michi fuerat spiritus ejus. Illa igitur cœptis insistente, ego mea culpa ³ ridens ad focios meos remeavi. ⁴ Alexander quoque rex, ætate &

1. Dignaretur *MS. Harl.* 2. Pellvi *MS.* 3. Rediens *MS. Harl.*
4. Alexandir *MS.* fensi-

fenfibus integer, quo nemo devocior in clericos, in extraneos munificencior, in ¹ malificos suos feverior, ab Incarnacione Domini anno M.C.XXIII. octavo Kal. Maii apud Striveling debitum humanæ carnis perfolvens, ab hac luce fubtractus fpiritum cœlo reddidit, corpus humo. Sepultus eft autem apud Dunfermlyne honorifice, die Sancti Marci ² Evangeliftæ, prope patrem, ante magnum altare, poftquam in regno XVII. annos, XXI. dies perfeciffet.

De fucceffione benedicti regis David, & illius & fratrum commendacione, ac de fuo conjugio cum Matilde, filia & herede Woldeofi, comitis Huntindoniæ.

CAPITULUM XXXI.

GENERIS fui fplendor David, filiorum Malcolmi & Margaretæ junior, Alexandro fratri fuo fucceffit eodem anno Domini, quo fupra, & Imperatoris Henrici quinti XVIII. regnavitque XXIX. annis, duobus menfibus & tribus diebus. Erat enim in Deum religione pius, in elemofinis largus, apud fuos ftrenuus, in ampliando regno juftè fagax & folicitus, & ut breviter dicam, ³ omnium virtutum emicuit floridus, unde bonorum operum maturis femper fructibus habundabat. Quique quam po-

1. Malefactores feverior, *omiffo* fuos, in MS. *Harl.* 2. Ewangeliftæ MSS. 3. Omnibus virtutibus MS. *Harl.*

tentissimus erat rex, ¹ quanta super alios jure
 conquæsierit, quantasve abbacias & domos Dei
 fundabat, BALDREDUS, ut infra patebit, pro
 morte sua lamentans, legentibus veraciter de-
 clarabit. Nichil vero superbum in moribus, ni-
 chil in verbis crudele, nichil inhonestum dictis
 aut factis proferebat. Non erat rex ei similis
 in regibus terræ diebus suis, quia pius, prudens,
 humilis, pudicus, sobrius & castus &c. WIL-
 LELMUS. Wilhelmus. Neque vero ² nuncquam in acta
 historiarum relatum est, tantæ sanctitatis tres
 fuisse pariter reges & fratres maternæ pietatis
 nectare redolentes. Nam præter victus parci-
 tatem, elemosinarum copiam, oracionum assi-
 duitatem, ita domesticum regibus vicium evi-
 cerunt, ut nuncquam feratur in eorum thala-
 mos nisi legitimas uxores ³ esse, nec eorum
 quemquam ⁴ pellicatu aliquo pudiciciam con-
 tristasse. Antequam idem rex David sublima-
 tus esset in regnum, tradente rege Anglorum, Fol. 112.
a.
 sororis suæ Matildis bonæ reginæ marito, uxo-
 rem duxit Matildem, filiam & heredem Wel-
 deofi, comitis de Huntingtone, & Judith, quæ
 fuit neptis primi regis Willelmi, de qua susce-
 pit filium Henricum nomine, virum mansue-
 tum, & pium, ac suavis spiritus, dignum per
 omnia, qui de tali patre nasceretur. Interea
 Matildis imperatrix, imperatore marito sine li-

1. Quanto *MS. Harl.* 2. *Rectius* unquam in *MS. Harl.* 3. Esse
MS. 4. Pellicatu *MS.*

beris defuncto, rediit ad patrem Angliæ regem Henricum, quam postea Andegaviæ¹ comiti Gaufrido dedit uxorem, ex qua genuit filium Henricum, futurum Angliæ regem. Mortuo deinde Anglorum rege prædicto Henrico, invasit regnum Stephanus, comes Bononiæ, nepos ejus ex sorore, contra jusjurandum; quoniam adjuratus est regnum dicto rege vivente filia suæ Matildi imperatrici. Indignatus super hoc Gaufridus comes, sed parum aut nichil sibi nocuit.

De guerra regis David mota contra regem Angliæ Stephanum, & de conquestu Northumbriæ & Cumbriæ per bellum initum apud Allirtone.

CAPITULUM XXXII.

QUOD ut audivit David, rex Scotorum, avunculus ejusdem imperatricis, contra Stephanum continuo surrexit, & aquilonares Angliæ regiones Northumbriam & Cumbriam vastare cœpit. Et cum eas prædando nunc hanc nunc illam sæpius invasisset, circumvenerunt eum utriusque provinciæ nobiles, ingentibus vallati copiis, apud Allirtone XII. Kal. Septembris, ubi commisso proelio partis utriusque multi ceciderunt. Tandem² illorum maxima multitudine perempta, fugerunt ceteri, multique nobilium captivi sunt abducti. Redierunt autem

1. Comite *MS.* 2 Anglorum *pro illorum in MS. Harl.*

omnes circa festum omnium Sanctorum, redemptione liberi, redditis regi Cumbria simul & Northumbria cum pertinentiis. Sed statim pacificati sunt reges David & Stephanus in hunc modum, ut viz. regi Stephano rediret Northumbria, Cumbria vero remaneret ¹ libere regi David. Hæc tamèn pax inter eos inita, modico duravit tempore, David rege bellum parante Northumbris. Quapropter Turstanus, Eboracensis archiepiscopus, ad castrum Marchmond, viz. Roxburghe ² nomine, sibi impetravit interim à rege, ut patriam ad tempus vastaret. Sed non multo post, solutis induciis, ³ tota misere vastata est, eo quod rex Stephanus eam dare noluit ⁴ Henrico filio suo, quem genuit ex Matilde prædicta comitissa. Rex igitur Stephanus anno sequenti, viz. Domini M. C. XXX. VIII. capite Jejunii, cum exercitu magno Roxburghe adveniens, ubi subito pavore territus cum ignominia statim rediit. Deinde anno sequenti venit idem rex Stephanus ad Dunelmum, ubi quindecim diebus pro pace tractanda commoratus est, David rege in Novo castro existente. Habitoque inter eos solempni de pace colloquio, ad instantiam reginæ, uxoris Stephani, Matildis, neptis regis David ex sorore Maria, concordati sunt in hunc modum, ut viz. Henricus filius re-

1. Libera *MS. Harl.* 2. *Deest* nomine in *MS. Harl.* 3. Tota Northumbria misere *MS. Harl.* 4. Henrico, ejusdem regis David filio, quem *MS. Harl.*

Fol. 112.
b. *gis* David homagium pro comitatu Huntingdoniæ faceret regi Stephano, & Northumbriæ comitatum libere possideret. Erat enim mater istius Henrici Matildis, filia & heres Weldeofi comitis Huntingdoniæ, filii & heredis Siwardi comitis Northumbriæ. Reverfoque rege David de Novo castro venit Carlelio, in cujus opido arcem fortissimam construi fecit, & urbis muros plurimum exaltavit. Ad quem accessit Henricus, neptis suæ Matildis imperatricis filius, & rex Angliæ futurus, à matre missus, & ibidem ab eo militare Cingulum accepit, præstita prius caucione, quod nullam partem terrarum, quæ tunc in Scotorum dominium ex Anglia diffensione transfissent, ejus ullo tempore ¹ mutularent heredes.

De conjugio Henrici filii David cum Ada filia Willelmi comitis de Warena, ac de suis filiis & filiabus, & earum conjugis, ac ejusdem Henrici morte.

CAPITULUM XXXIII.

HENRICUS regis David filius, comes Northumbriæ & Huntingdoniæ, uxorem duxit Aadam, filiam Willelmi senioris, sororem Willelmi junioris comitis de Warena, & sororem Roberti comitis Legecestrensis, & ² Waleranui comitis de Melent. Cujus mater fuit

1. Mutilarent *MS. Harl.* 2. Waldrami *MS. Harl.*

foror Radulfi comitis de Perona, regis Francorum Ludovici consanguinea. Ex qua suscepit tres filios, scilicet Malcolmum regem Scociæ futurum, & David, qui postea fuit comes Huntingdoniæ & ¹ Garivach, atque Willelmum etiam regem futurum. Et totidem filias, Aadam viz. quæ lege conjugii tradita fuit Florencio comiti Hollandiæ, & Margaretam, duci Britannia & comiti de Richemont Conano nuptam, ex qua genuit filiam, nomine Constanciam, conjugio datam Gaufrido, fratri regis Angliæ Ricardi, de qua ipse Gaufridus genuit filium, Arthurum nomine, in mari postea submersum, & unam filiam, Aliciam nomine, quæ à Petro Mauclerk concepit & peperit filium, nomine Johannem, postea ducem Britannia, ac aliam filiam, nomine Alienoram, quæ cum Arthuro fratre mari periit. Necnon & tertia comitis Henrici filia Matildis eodem anno quo pater è mundo decessit. Annis igitur florentissimæ juventutis nondum completis, elegantis speciei juvenis, paternis virtutibus viridescens, idem Henricus, filius regis unicus, comes Northumbriæ & Huntingdoniæ, anno Domini M.C.LII. ² II. Idus Junii ab hac luce subtractus est; adolescens speciosissimus, omnibus amabilis, successor regni speratus, modestissimi spiritus princeps, homo disciplinatus, & timoratus, Deo devotus, & pauperum ³ præda misericordissimus,

¹. Gariach *MS. Harl.* ². Pridie Idus *MS. Harl.* ³. Procurator mis.
MS. Harl.

Johannis de Fordun

&, ut breviter omnes ejus virtutes commemorem, excepto quod paulo suavior fuit, per omnia patri similis. Tres filios suos memoratos & duas filias superstites relinquens, cum ingenti Scotorum simul & Anglorum luctu & ejulatu, in monasterio de Calkhow secus Roxburghe sepultus est, quod pater ejus à fundamentis construendo, copiosis possessionibus & magnis honoribus ditaverat. Anno quarto regis David, Imperatori Henrico quinto successit Lotharius electus, & imperavit annis XI. Eiusdem David anno VII. regina Matildis, uxor ejus, obiit, & apud Sconam sepelitur. Eodem anno comes Moraviensis Angufius apud Strucathrow cum gente sua peremptus est. Anno XV. successit Imperatori Lothario Corradus tercius, & imperavit annis XV. Eodem anno Johannes de Temporibus obiit ætatis anno CCC. LXI. Fuit enim armiger magni Karoli. Hoc itaque tempore floruit magnus doctor¹ Ricardus de Sancto Victore Scotus. Anno XVIII. natus est Henrico prædicto filio regis, filius nomine Malcolmus rex futurus. Et anno XIX. David postea comes, ac anno XX. Willelmus eciam rex futurus nati sunt.

Fol. 113.
a.

1. Ricardus canonicus de Sancto V. *MS. Harl.*

Quod rex David nepotem suum Malcolmum, filium Henrici, circumduci jussit per regnum, & regem futurum proclamari. De ejusdem David morte, non sibi sed Scotis dolenda.

CAPITULUM XXXIV.

REX autem David, ¹ dissimulato mœrore super morte unici filii sui, tulit continuo Malcolmum, primogenitum filii prædicti, dato ei rectore Duncano comite de Fyf, cum exercitu copioso, jussit eum per provincias Scociæ circumduci, ac heredem regni proclamari. Junioem quoque fratrem Willelmum rex assumens, venit ad Novum castrum, & acceptis ibidem à principibus Northumbriæ obsidibus, omnes ejusdem pueri dominio subditos fecit. De tercio nepote David quid actum tunc vel quo fuerit, scriptis non reperi. Rediens autem rex nichil inordinatum, nichil incompositum, cunctis regni finibus reliquit. Anno deinde sequenti, post Pascha, Carlele adiit, ut & occidentis regni negocia sicut & orientis disponderet, subito pius ipse rex & religiosus infirmitate gravi pressus, cum regnum xxix. annis & uno mense gloriose rexisset, Anno Domini M. C. LIII. IX. Kal. Junii Dominica ante ² Ascensionem feliciter moriens, hominem exiit, corpusque terræ, cœlo spiritum reddidit

1. Dissimilato MSS. 2. Sic.

angelis fociandum. Sepultus est autem in ecclesia Sanctæ Trinitatis de Dunfermlyne honorifice, pavimento coram ¹ majus altare, quam à patre & matre primo fundatam, ab Alexandro fratre possessionibus & ædificiis auctam, eciam ipse, donis amplioribus & honoribus constructam, ditavit, & ibidem in senectute bona parentibus & fratribus est appositus. Cujus memoria per omnes generaciones in benedictionibus est, quia similis illius princeps à tempore, quo non extat memoria, minime surrexit, & ² divinis devotus officiis, singulis diebus omnes horas canonicas eciam vigiliis mortuorum dicere non prætermisit vel audire. Prædicabile quidem in eo fuit, quod in spiritu consilii & fortitudinis, gentis suæ feritatem sapienter moderatus est, & quod in abluendis pauperum pedibus frequentissimus, alendisque eis & vestendis misericors fuit. Qui eciam apud exterarum nationes, ³ peregrinas, & religiosos ac seculares humilem se præbuit ac domesticum, ac eis munera de suis munificenciis largissime donavit. Gloriosus enim rex, quotidiana frugalitate ⁴ victus & vestitus, sanctitate & honestate conversationis, disciplina morum, eciam viris religiosis imitabilem se præbebat. Cujus nimirum vitam laudabilem, immo cunctis admirabilem, ⁵ mors

Fol. 113.
b.

1. Magno altari *MS. Harl.* 2. Divinus *MS.* 3. Peregrinos *MS. Harl.* 4. Victus, sanctitate vestitus, honestate conversationis, disciplina & morum ingenuitate, eciam *MS. Harl.* 5. Morum *MS.*

preci-

preciosa secuta est. Quisquis igitur felici morte se moriturum affectat, ejusdem Deo dilecti regis vitam, & sequentem pro morte sua legendo lamentacionem, suæ felicissimæ mortis exemplo mori discat.

De præfacione lamentacionis abbatis Baldredi pro morte regis David, & de commendacione regis Anglorum Henrici, eo quod ejus genere sumpsit originem, & ipsum militem fecit.

CAPITULUM XXXV.

SEQUITUR præfatio lamentacionis abbatis Baldredi Rivallis, pro morte regis David, quam ipse moerens & ejulans scriptam Henrico, filio imperatricis ejusdem David neptis, Anglorum regi futuro, transmisit, ut ejus exemplo juste vivendi discat normam, simul & beate moriendi. Illustrissimo duci Normannorum, ¹ & Aquitanorum ac Andegavensium comiti Henrico, frater Baldredus, ² per quosdam Ethelredus, servus servorum Christi, qui Rivalle sunt Salutem & oraciones. Adeo secundum naturam virtus est, vicium contra naturam, ut virtutem laudet & approbet eciam viciosus. Vicium vero si humanæ rationis sequatur judicium, nec viciosus excuset. Nam & vicium, quasi semetipsum, ob innatam sibi turpitudinem, erubescens, semper latebras quærit, &

1. Deest & in MS. Harl. 2. Alias, pro per quosdam, in MS. Harl. optat

optat secretum; cum econtra virtus, suæ pulcritudinis & honestatis sibi conscia, ad omnia tripudiet, & exultet, aspectum ob solam humilitatem publicum fugiens, & humanum horrens testimonium. Quoniam igitur animæ rationali naturaliter inest amor virtutum, odium viciorum, quicumque bonis moribus virtutisque studuerit, facile sibi omnium affectum allicit & inclinat. Hinc est, vir illustrissime, quod multorum, qui oculis te non viderunt, mentibus impressit fama virtutis, cum admirationi sit universis nec minus dilectacioni, in tali ætate tanta sapiencia, in tantis deliciis tanta continencia, in tantis negociis tanta providencia, in tali sublimitate talis severitas, in tali severitate talis benignitas. Quis enim non obstupeat, juvenem, pro regno certantem, abstinere rapinis, cædibus parcere, incendiis cavere, nullum gravamen pauperibus inferre, pacem & reverenciam sacerdotibus & ecclesiis conservare? Unde non immerito Andegavensium gloria, Normannorum tutela, spes Anglorum, Aquitanorum decus, ab omnibus prædicaris. Hoc tantum superest, ut Ihesum Christum, horum munerum largitorem agnoscas, & exoptes conservatorem. Ego vero considerans, de quorum progenie duxeris originem, gratias ago Domino Deo meo, quod pro talibus patribus talis nobis filius, quasi novus ¹ quidem splendor, il-

1. Quidam *MS. Harl.*

luxit. In quo cum omnium antecessorum tuorum virtutes conveniunt, maxime tamen in te spiritum Christianissimi regis Scotorum David Fol. 114. a. gaudeo quievisse. Unde divina providencia actum æstimo, ut illius mundissimæ manus balteo militari te cinxerint, per quas Christi gracia virtutem tibi castitatis illius infunderet, humilitatis eciam & pietatis. Quoniam autem, recenti morte illius contristatus, vitam ejus & mores, sicut nunc amor, nunc timor, nunc spes, nunc dolor, meum variavit affectum, non historiando sed lamentando brevi stilo collegi, te quasi pietatis illius heredem intimi cordis ¹ dilectionis suscipiens, ipsam tibi lamentacionem destinare curavi. In qua cum laudabilem ejus vitam & preciosam legeris mortem, illam imiteris, ut istam consequi merearis.

De incepçione lamentacionis, quod omnes sui causam habebant lamentandi.

CAPITULUM XXXVI.

BALDREDUS. Religiosus & pius rex Da- Baldredus.
vid migravit è mundo, qui licet dignum animæ suæ locum invenerit, mors tamen ejus indicit nobis planctum. Quis enim ² non lugeat, virum tam necessarium mundo, rebus humanis exemptum, nisi is, qui rebus humanis

¹. Potius, dilectione, cum MS. Harl. ². Hæc multo ampliora quam in editis ad marg. MSi. à manu recenti.

pacem invidet & profectum? Juvenes & virgines, senes cum junioribus, induite vos ¹ ciliciis, & aspergite cinere, audiatur in excelsis clamor vester, & planctus vester in cœlestibus. Inter vestibulum & altare plorate sacerdotes Domini, ministri Dei vestri, quoniam recessit à vobis qui consolabatur vos, qui vestiebat vos duplicibus, qui ditabat muneribus, & honoribus sublimabat. Verumtamen nolite flere super eum, sed super vos ipsos flete & super filios vestros. Amodo quippe jam dicit Spiritus, ut ipse requiescat à laboribus suis, opera enim ejus sequuntur eum. Nichil igitur mali viro illi optimo accidit, nobis accidit si quid accidit. Sed ut quid dico, si quid accidit? Heu! ² incredibile dictu quantum accidit, ³ qui eum amissimus virum, qui non sibi vivebat sed omnibus, omnium curam agens, omnium saluti prospiciens, rector morum, censor scelerum, virtutum incentor, cujus vita humilitatis fuit forma, justiciæ speculum, castitatis exemplar. Rex igitur mansuetus, rex justus, rex castus, & rex humilis. Quis facile dixerit, quid utilitatis humanæ vitæ contulerit, quem mansuetudo amabilem, justitia terribilem, compositum castitas, humilitas communem fecerat? Quæ omnia si in privato quolibet laude dignissima judicantur, quanto magis in rege, cui potestas dat licere quod non libet, cujus viciis facile favent inferiores, proni ad imi-

1. Ciliciis *MS.* 2. Incredibili *MSS.* 3. Quia pro qui *in MS. Harl. tan-*

tandum, prompti ad adulandum, cum & impunitas ¹ præstet audaciam, libido acuat & accendit luxuriam? Laudatur enim peccator à peccatoribus in desideriiis animæ suæ, & qui inique agit, ab iniquis benedicitur. Quis est igitur hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua, quæ potuit, ² inquit, transgredi, & non est transgressus. Quis similis tui in regibus terræ, ô rex optime, qui te in auro pauperem, in throno humilem, castum in deliciis, in armis mitem exhibebas, qui te modestum plebi, æqualem militibus, inferiorem sacerdotibus ostendebas, omnibus omnia factus, ut omnibus consuleres ad virtutem?

Fol. 114.
b.

De eadem, & quod dilectus Deo & hominibus, & quod ob aliorum ³ necessitate magis, quam dominandi libidine regnum suscepit.

CAPITULUM XXXVII.

MERITO igitur memoria nominis tui dulcis in cordibus nostris, suavis in affectibus nostris, memorabilis in sermonibus nostris, cui satis congruit, quod lectum est, dilectus à Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Vere dilectus à Deo, qui dirigit mansuetos in iudicio, qui docet mites vias suas; dilexit quippe regem mansuetum & pium ille

1. Præstat aud. lib. acuit *MS. Harl.* 2. Enim *pro* inquit in *MS. Harl.* 3. *F.* necessitatem.

Johannis de Fordun

mitis Deus & humilis corde, cujus optimos mores eciam in hac vita magna mercede donavit, cujus in vita non pepercit offensis, nunc puniens, nunc remunerans, finem desiderii ejus semper attendens, & ideo ad salutem semper exaudiens. Ita tamen Domine Deus meus exaudiebas eum, Deus tu propicius fuisti ei, & ulciscens in omnes adinventiones illius. Nam in eo eciam ad literam constat esse impletum, quod in Psalmo scriptum est, *Mansueti autem hereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Scimus, eum regnum non appetivisse, sed horruisse, magisque ¹ illam ob alienam necessitatem suscepisse, quam dominandi libidine inquitum avide invasisse. Unde & obsequia illa, quæ à gente Scotorum in novella regum promotione more patrio exhibentur, ita exhorruit, ut vix ab episcopis ea suscipere cogeretur. ² Sublimatus autem in regnum, nichil superbum in moribus, nichil in verbis crudele, nichil inhonestum factis præferbat. Unde tota illa gentis illius barbaries mansuefacta, tanta se mox benevolencia & humilitate substravit, ut naturalis oblita sæviciæ, legibus, quas regia mansuetudo dictabat, colla submitteret, & pacem, quam eatenus ³ vestiebat, gratanter acciperet. Nec illa mansuetudo remissa videbatur aut segnibus, cum ⁴ in puniendis justiciæ per omnia

1. *L.* illud, *cum MS. Harl.* 2. *Sullimatus MS.* 3. *Potius, nesciebat, cum MS. Harl.* 4. *In puniendis iniquis justiciæ MS. Harl.*

cederet, ne videretur gladium sine causa portare, & mansuetudinem in corde teneret, ne videretur non exercere iudicium, sed suæ potius impatienciæ satisfacere. Credo, eum nunquam sine magna cordis contricione eciam in eos, qui prodicionis ipsius rei fuerant, exercuisse vindictam. Vidimus eum sæpe in pœnis latronum vel proditorum pectus tundere, lacrimas fundere, ut manifestum fecerat, se, in reis puniendis, ut ministrum legum obedire iusticiæ, non sæviciam exercere, dum non immerito velud mansuetus hereditavit terram, quantam nullus antecessorum suorum diebus nostris possidebat, & delectabatur in multitudine pacis, quam inter barbaras gentes, & diversitates linguarum & morum sibi contrarias, & propter mutuas mortes & vulnera sibi invicem inimicissimas, tanta caucione composuit, tanta auctoritate servavit, ut inter cognatas gentes, ejusdemque generis & linguæ homines, tale foedus tanto tempore vix aliquando viderimus custodiri.

Fol. 115.
a.

De eadem, & episcopatus & monasteriis ab eo fundatis & ditatis.

CAPITULUM XXXVIII.

PRÆCELLIT hiis, ut michi videtur, quod talem servabat modum in utroque, ut in

1. Unde pro dum in MS. Harl.

severitate justiciæ ab omnibus amaretur, & in lenitate justiciæ & misericordiæ ab omnibus timeretur, quamvis optaverit semper magis amari quam timeri. Unde non immerito dilectus Deo & hominibus videbatur. Dilectus plane à Deo, qui statim in regni sui iniciis, ea quæ Dei sunt diligenter exercuit, in ecclesiis construendis, in monasteriis fundandis, quæ & ampliavit possessionibus & divitiis, prout unicuique opus erat. Nam cum ipse in toto regno Scotorum tres vel quatuor tantum invenerit episcopos, ecclesiis ceteris sine pastore tam morum quam rerum dispendio fluctuantibus, ipse tam de antiquis quas reparavit, quam de novis quas erexit, decedens ¹ duodecim reliquit. Monasteria quoque diverforum ordinum, Cluniacensis, Cisterciensis, Tironicensis, Aronensis, ² Præmostrensis, Beluacensis, videlicet Kalkhow, Melrofse, Jedwort, Newbottill, Holmcultrane, Dundraynane, Monasterium Sanctæ crucis de Edinburgh, Cambuskynneth, Kynlossie, & juxta Berwik monasterium Sanctimonialium, ac plura alia plena fratribus ordinata reliquit. Inter quos sic fuerat quasi unus ex ipsis, bona laudans, & beneplacens, & perfectus, & si qua forte minus laudanda emergebant, verecunde diffimulans, substratus omnibus, sollicitus pro omnibus, multa largiens, & nichil exigens. O! dulcis anima, quo abisti, quo recessisti? Quærunt te oculi

1. Novem *MS. Harl.* 2. Præmonstrensis *MS. Harl.*

nostri, nec invenire poterunt, erigunt se aures nostræ ut audiant vocem jocunditatis tuæ, vocem humilitatis, vocem confessionis, vocem consolacionis, & ecce silencium. Ubi vultus ille suavissimus, qui se tam mitem pauperibus, sanctis tam humilem, fociis se præbuit tam jocundum? Ubi oculi illi pleni pietatis & graciæ, quibus & congaudere gaudentibus, flere cum flentibus, consuevisti? Quid agitis, ô mei oculi, quid agitis, quid ¹ dissimulatis emittere quod parturitis, producere quod intus reconditis? Deducite lacrimas per diem & noctem, nolite parcere, quoniam hæ deliciæ meæ erunt in recordacione dulcissimi domini mei & amici. Nec solus lugeo. Scio quod lugent mecum sacerdotes & clerici, quos venerabatur ut patres. Lugent sanctimoniales & monachi, quos ² amplectebatur ut fratres. Lugent milites, quorum se dominum nesciebat, sed focium; lugent viduæ, quas tuebatur; orphani, quos consolabatur; pauperes, quos sustentabat; miseri, quos fovebat.

Fol. 115.
b.

*De eadem, & quod erat mœrencium consolator,
ac pater orphanorum.*

CAPITULUM XXXIX.

ERAT enim mœrencium consolator, pater orphanorum, & judex promptissimus vidua-

1. Dissimilatis *MS.* 2. Amplectebatur *MSS.*

rum.

rum. Nam cum illa regni negocia aliis committeret iudicibus, pauperum semper & viduarum sibi negocium reservabat. Ipse auditor, ipse defensor, ipse iudex. Nec quisquam pauper, vel vidua, vel orphanus, aliquid querimoniarum delaturus ad eum ingredi prohibebatur, sed statim ab hostiario introductus, etiam si in summis necessariisque negociis & consiliis cum magnis etiam paucisque personis occuparetur, intermissis omnibus audiebatur. Vidi etiam ego oculis meis, cum aliquando paratus ire venatum cum in scansili pede posito equum vellet ascendere, ad vocem pauperis, audienciam sibi dari postulantis, quod pedem retraxerit, relictoque equo & regressus in aulam, ea die non reversurus ad propositum, iudicia civilissimi sed magnificentissimi Trajani principis exsuperans vel saltem imitans, causam, pro qua fuerat appellatus, benigne & patienter audierit. Consueverat præterea ad hostium aulae regiae sedens pauperum & ¹ vitularum, quæ certis diebus de singulis ² quocunque veniebant regionibus vocabantur, causas diligenter audire, & singulis cum multo sæpe labore satisfacere. Nam sæpe litigabant cum illo, & ipse cum illis, cum contra iusticiam personam pauperis nollet accipere, & ipsi rationi, quam ostendebat, nollent acquiescere. Taceo quam mira affabilitate & morum suavitate omnium in se provocabat affe-

1. Vitularum MS. 2. Quibuscunque MS. Harl.

ctum, quomodo se omnium moribus coaptabat, ut nec gravibus lenis, nec lenibus durus crederetur. Denique si contingeret, ut sacerdos, vel miles, vel monachus, vel dives, vel pauper, vel civis, vel peregrinus, vel negociator, vel rusticus cum eo sermonem haberet, ita cum singulis de suis negociis & officiis convenienter & humiliter differebat, ut singulis quisque suam eum tantum curare putaret, & sic omnes jocosos & ædificatos dimitteret. Ita enim populum illum rudem & agrestem ad mores compositos & edomitos illicere satagebat, ut non solum de magnis regni sui causis, verum de minimis quibusque, utpote de ortis, de ædificiis, de pomeriis, curam gereret, ut eos ad similia suo exemplo provocaret.

De eadem, & quod sollicitus semper fuit discordantes ad pacem & concordiam, & maxime contendentes clericos revocare.

CAPITULUM XL.

SUPER omnia autem sollicitus erat, ut, quemadmodum à forinsecis, ita etiam & ab intestinis & domesticis diffensionibus feriantur maxime sacerdotes Domini & viri religiosi. Inter quos quocienscunque, sicut est humana miseria, discordia oriebatur, non² quiescebat spiritus ejus, non caro quiescebat, do-

1. Sic MSS. F. civis. 2. Requiebat MS.

nec precibus, & blanditiis, ac aliquando lacrimis, raro autem minis, eos in pacem ¹ pristinam revocaret. Nec dedignabatur pro tali causa regium illud caput ad ejus genua, qui forsitan in hac parte durior appareret, cum verbis humilibus humiliter inclinare, ut vinceretur ² verecundia, qui vinci non poterat benevolentia. Sane castitatem in eo laudare non est necesse, cum, post initum semel matrimonium, fidem thori servaverit, adeo ut non solum non ³ cognosceret aliam, sed nec umquam indecenter aspiceret, & sicut carne ita & mente, manu, motu, gestu, oculis ac sermone pudicus. Nam ita communis erat vita ejus, ita in luce & in manifesto opera ejus, ut nuncquam in hac parte vel levi suspicione ureretur. Nullum ei secretum præter consilia, thalamus ejus omnibus patuit ad fessum, ad cubitum, ad secessum. Unde, quod mirum est dictu, tantam ei gratiam virtus divina contulerat, ut nuncquam post mortem uxoris, cui supervixit viginti tribus annis, ⁴ nec in sompnis carnalis contagionis pateretur injuriam. Quid trepidas, ô anima mea, quid formidas eciam ea, quæ displicent, in medium proferre, cum non solum bonorum virorum sit laudanda justitia, verum eciam, si deliquerint, poenitentia prædicanda? Legimus, Aaron, primum sub lege pontificem, populo, idolum sibi

1. Prestinam MS. 2. Vericundia MS. 3. Cognosceret MS.
4. Vel pro nec in MS. Harl.

fieri postulanti, præbuisse consensum. Moyfes ipse ad aquas contradictionis pronuntiatur coelesti sententia deliquisse. Mariam prophetissam, ob murmur in Moyfen, lepra fuisse percussam Scriptura testatur. David sanctus, post spiritualium gratiarum innumera munera, quasi¹ divinæ bonitatis oblitus, primum servi sui fidelis² adulteravit uxorem, quem deinde mira prodicione peremit. Fateor, peccavit & noster David, peccavit, non seipsum foedando aliquo scelere, sed alienæ crudelitati vires, plusquam oportuit, ministrando. Nam post mortem³ regis Henrici regis Angliæ, sui sororii, cum exercitum egisset in Angliam, gens illa effera & Anglis inimicissima, supra humanum morem sævientes, in ecclesiam, in sacerdotes, in utrumque sexum, in omnem ætatem, crudelia exercuere judicia. Quæ omnia licet eo nolente, immo eciam prohibente, facta sunt, quia cum poterat eos non duxisse, poterat eos semel expertus non reduxisse, poterat eos fortasse plus cohibuisse, & ipsum cum lacrimis peccasse confitemur. Excusent eum alii zelum justiciæ prætendentes, sacramentum, quod fecerat, attendentes, regiæ hoc esse virtutis proclamantes, quod fidem servavit, quod non violavit sacramentum, quod contra perjuros arma tulit, quod ad heredes regnum, quod eis pater delegaverat, quod eis

1. Divini *MS.* 2. Adultravit *MS.* 3. Regis Angliæ Henrici sui sororii *MS. Harl.*

clerus & populus data victoria¹ caucione firmaverant, revocare temptavit. Habet forte² æquam apud tuam pietatem locum, bone Ihesu, hujus excufacionis elogium; ego autem sciens quod bonum est confiteri tibi, elegi rogare non excufare, misericordiam petens non præsumens de judicio.

De eadem, & quod abrenunciasset regno locum petens Dominicæ passionis, si non eum ecclesiasticorum consilium, lacrimæ pauperum, viduarum gemitus, plebis desolatio, & tocius regni clamor & ejulatus revocasset.

CAPITULUM XLI.

DICO ergo, non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Maluit enim ipse se accusare quam excufare, maluit pectus tundere quam³ exerere. Scimus eciam, eum ita hoc horruisse peccatum, & ad summa virtutum aspirasse studia, ut abrenunciasset regno, sceptrum deposuisset, & in locis Dominicæ passionis & resurrectionis ejus ad spiritualem se miliciam contulisset, si non eum sacerdotum & abbatum consilia, lacrimæ pauperum, viduarum gemitus, plebis desolatio, & tocius regni sui clamor & ejulatus revocasset, corpore, non mente aut

Fol. 116.
b.

1. Cancione *MS. Harl.* 2. Aliquam *MS. Harl. f. pro aliquem.*
3. Exercere *MS. Harl.* 4. Sic.

voluntate detentus. Omnino religiosorum virorum consilio se commisit, & de præclara militia templi Jerosolimitani optimos fratres secum retinens, eos diebus & noctibus mortuorum suorum fecit esse custodes. De elemosinarum largicione, de oracionum, missarum, Psalmorum frequentacione supersedeo, cum ab ipsa adolescencia in hac observacione admiracioni fuerit universis. Hæc sunt quæ me consolantur in ¹ dolorum dolore meo, Ihesu bone, non ut dicam non peccavit, sed quod poenituit, quod flevit, quod confessus est, quod consilium Danielis secutus est, dicentis ad Nabugodonozor, peccata tua elemosinis redime, & iniquitates misericordiis pauperum. Præterea, ô fons bonitatis, & pietatis origo, nonne propicius fuisti ei, cum ² ulcisceretur in omnes adinventiones illius? Corripuisti eum, Domine, corripuisti eum ut pater filium, verumptamen in misericordia, quoniam non continuisti in ira tua misericordiam tuam. Dedisti enim ei filialem in flagellis ³ effectum, ut non murmuret, & non recalcitra- ret, immo & in flagellis gratias ageret, dicens cum Propheta, omnia quæ fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti. Hæc vox ejus, hic affectus ejus cum ejus effunderetur exercitus, cum cedere necessitati à propriis militibus cogere- tur. Hæc vox ejus, cum immisisset ei Deus inimicum

1. *Deest* dolorum in *MS. Harl.* 2. *Ulcifferes MS.* 3. *F. affe-*
ctum. Sed, aspectum, ut non murmuraret, in MS. Harl.

quendam pseudoëpiscopum, qui se filium comitis Moraviensis menciebatur, in quo satis apparuit divina potestas, in cujus manu sunt omnia jura regnorum, cujus nutu omnia disponuntur, ipse Dominus faciens pacem, & creans malum. Non igitur gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in sua fortitudine, quoniam gressus hominis à Domino diriguntur, qui regem invictissimum, qui tot sibi barbaras subderat nationes, qui de Moraviensibus & insularis parvo labore triumphaverat, ex monachi cujusdam mendaciis flagellavit. Qui licet statim dignam operibus suis mercedem invenerit, in hiis tamen omnibus rex Christianissimus manum Domini recognovit.

De eadem, & quod Deus flagellavit eum in morte filii sui, & quod Deus & Dominus ejus invenit eum vigilantem.

CAPITULUM XLII.

POSTREMO, ô Deus ulcionum, ut pacientia illius omnibus innotesceret, effudisti super eum iram tuam, & omnem iram furoris tui, castigans eum castigatione crudeli, cum eum unicum filium abstulisti. At qualem filium? erat enim adolescens speciosissimus, amabilis omnibus & suavis, à quocumque videbatur dilectus, & ad omne bonum inclinatus. O Domine Deus

meus, quibus flagris doloris afflixisti cor ejus, cum unigenitum suum, quem amantissimum & sibi similem fuerat expertus, ipse portaret ad tumulum, à quo simile speraret obsequium? Fol. 117.
Attamen, ceteris flentibus & ejulantibus, vir a. ille, cui nichil defuit ad virtutem, tanta paciencia virgam altissimi patris excepit, ut & lacrimis parceret, & cibum ipsa die, oblitus sui cum familia sua regali more perciperet. Absit igitur, ut hoc illi imputetur peccatum, quod in præsentì Divina punivit justitia, quod ipse proprii oris confessione dampnavit, quod lacrimis lavit, quod redemit elemofinis, quod quotidiana cordis contricione purgavit. Ipse sui accusator, ipse contra se judex, ipse in se carnifex. Nam si nosmetipfos judicaremus, ait Paulus, non utique judicaremur. Depone proinde anima mea, se pone paulisper tristitiam, & hunc ultimum vitæ suæ ¹ annum quam religiose transegerit cum mentis alacritate revolve, in quo toto corde conversus ad Deum, lumbis præcinctis cum lucernis ardentibus vigilans, Domini præstolabat adventum. Vigilabat, qui nichil judicare, nichil discernere, nichil constituere, sine religionum ac probatissimorum virorum consilio præfumebat. Vigilabat, qui singulis diebus sepcies laudem dixit Domino, & media nocte surgebat ad confitendum ei. Vigilabat, qui elemosinam consuetam hoc anno per omnia duplicatam co-

1. Animum *MS.*

tidie, post missarum & oracionum sacra solempnia, propriis manibus erogabat pauperibus, & sic reliquum diei tempus inter ¹ electos & religiosos fratres residens, ea, quæ ad ædificationem erant, aure humili audiebat. Vigilabat, qui testamentum suum ante annum, quo ab hac vita decessit, sapientissime fecit, & quod habebat thesauri in manus virorum religiosorum tradens, eorum fidei, ad parciendum sicut ipse dictaverat, commisit. Vigilabat, qui omni die Dominica peccata sua confitens, Christi corpus percipiebat & sanguinem, & sic ad vocem sponsi vocantis aures semper attonitas habens, cum sollicitudine ejus expectabat adventum.

De eadem, & quod semper vel oracionibus, vel elemosinis, vel aliquo operi honesto vacabat.

CAPITULUM XLIII.

DENIQUE hiis sacris diebus Quadragesimæ, cum, pro quadam necessitate domus nostræ, ejus adissem præsentiam, inveni, fateor, in rege monachum, claustrum in curia, in palacio monasterii disciplinam. Certis namque horis divinis vacabat officiis, & Psalmis & oracionibus intendebat, certum ² etidem tempus pauperum obsequiis deputabat, &, ut nichil illi ad vitam honestam deesset, etiam hora convenienti honesto alicui operi, i. herbis plan-

1. Clericos pro electos in *MS. Harl.* 2. Etidem *MS.*

tandis,

tandis, vel furculis, à sua radice excisis, alieno trunco inferendis, operam dedit. Hora demum legitima sumpto ¹ alio, cum fratribus religiosis & paucis viris honestioribus religioso quodam ocio mentem paululum relaxabat, sicque sole adhuc stante, cum pro defunctis consuetum perfolvisset officium, lucernali hora completa, ^{Fol. 117.} cum summo silencio castum petebat cubile, ^{b.} usque ad ortum solis nulli deinceps locuturus. O! felix anima, quam veniens Dominus invenit sic vigilantem, ideoque sic parata cum eo feliciter ad nuptias introivit. Sed ecce! hanc exultacionem Spiritus mei consideracio nostræ infelicitatis interpellat, & faciem, quam fides & pietas Christiana sic caverat, fructus lacrimarum, quas affectus educit, iteratis rigat doloribus. Quid igitur facies, ô Scotia desolata, quis consolabitur te, quis miseribitur tui? Versa est in luctum cithara tua, & organa tua in vocem flencium; extincta est lucerna tua, cor tuum evanuit, elanguit virtus tua, ² nitor gloriæ tuæ emarcuit, defecit ille qui illustrabat te, qui de terra inculta & ³ sterili gratam fecit & uberem. Tu quondam ceterarum mendica terrarum, cespite duro famem incolis ingerebas, nunc autem mollior atque foecundior, ex tua habundancia vicinarum regionum inopiam allevias. Ipse te castellis & urbibus decoravit, ipse

1. F. alimento. Nam cibo pro alio in MS. Harl. 2. Mror MS. Sed nitor in MS. Harl. 3. Stereli MS.

excelsis te turribus, ipse partus tuos peregrinis mercibus foecundavit, & aliorum regnorum divicias tuis deliciis aggregavit. Ipse preciosis vestibus pallia tua pilosa mutavit, & antiquam nuditatem tuam bisso & purpura textit. Ipse barbaros mores¹ tuos Christiana religione composuit. Ipse tibi pudicitiam conjugalem, quam ferme nesciebas, immo ut initam illibatam fervare nolebas, indixit, & sacerdotes tuos honestiori² vitae donavit. Ipse te frequentare ecclesiam, & sacrificiis interesse divinis, verbo simul & exemplo persuasit, & presbiteris debitas oblationes & decimas solvendas indicavit. Quid ergo retribues ei pro omnibus quæ tribuit tibi? Habes certe in quibus ei vicem rependas. Habes quibus pro beneficiis gratiam inferes, quibus beneficium, quod ipse meruit, solvas. Habes enim in nepotibus suis, quibus forte non ob aliud tam cito divina providencia avitum subtraxit auxilium, nisi ut tua fides probaretur, & experiretur gracia. Infra annos sunt³ quidem, sed ætas regis fidei militum æstimatur. Solvite filiis quod patri debuistis, inveniant vos gratos beneficiis quæ accepistis.

1. Tuas MS. 2. Vita MS. Harl. 3. Quidam MS. Harl.

De eadem, & quod Anglorum pericula docerent Scotos de cetero fidem regibus & mutuam inter eos servare concordiam, &c.

CAPITULUM XLIV.

DOCÉANT¹ nos præterea Anglorum pericula fidem habere regibus, mutuam inter vos servare concordiam, ne regionem vestram coram vobis alieni devorent, & desoletur terra sicut in vastitate hostili. Sicut enim in Sacra Scriptura legimus, Joas septem annorum erat cum regnare cœpisset in Jerusalem, à pontifice² Joida consensu cleri & populi sublimatus in regem, melius consilio pontificis & procerum in imbeciliore ætate, quam in forciori suo consilio & virtute regnavit. Sicut omne regnum in se divisum desolatur, ita concordia procerum Fol. 118. regni est stabilimentum. Mortuus quidem est a. rex, sed sit nobis pro rege amor, quem³ à nobis meruit, ipse amor⁴ nobis dicet leges, ipse concordiam impleat, ipse⁵ nos ad fidem pueris & fociis⁶ amicissimam servare compellat. Alioquin testes erunt contra⁷ nos cœlum & terra, testes Angeli qui castitatis illius fuerunt custodes, testes Sancti quos fidei vestræ obsides super eorum reliquias jurando dedistis, testis ipse

1. Vos *MS. Harl.* 2. Joida *MS. Harl.* 3. In vobis *MS. Harl.*
 4. Vobis *MS. Harl.* 5. Vos *MS. Harl.* 6. Amiciciam *MS. Harl.*
 7. Vos *MS. Harl.*

Johannis de Fordun

rex, qui ab illa lucida coeli plaga ob gratiam puerorum hæc terrena prospiciens, singulorum convenit fidem & constanciam. Tu autem Domine rex Sabaoth, ¹ qui juste judicas & probas renes & corda, memento David & omnis mansuetudinis ejus, memento illius in pueris quos dimisit, quoniam tibi derelicti sunt orphani, pupillis tu eris adjutor. Et tu, rex dulcissime, convertere in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quoniam eripuit animam tuam à morte, oculos tuos à lacrimis, & pedes tuos à lapsu, hoc de tua pietate præsumimus, Ihesu bone, à quo illi & recte credere, & pie vivere, & sancte mori donatum est. Nam vitam ejus laudabilem, quam fides Christiana formavit, tua gracia operante, mors preciosa conclusit, ut in sequentibus apparebit.

De eadem, & quod feria quarta XIII. Kal. Junii intellexit, imminere sui corporis dissolutionem, & quod, post acceptum Dominici corporis sacramentum, crucem Dominicam jussit producere.

CAPITULUM XLV.

TACTUS autem infirmitate, qua fuerat carne solvendus, feria ² quarta, i. XIII. Kal. Junii, cum intellexisset dissolutionem sui corporis imminere, vocatis familiaribus suis, quod de ³ se ipse fenciebat incunctanter expo-

¹. Quam MS. Sed qui in MS. Harl. ². Quarte MS. ³. Se ipso MS. Harl. fuit.

fuit. At illi more humano consolabantur ægrotum, vitam illi & sanitatem penitus promittentes. Sed rex sapientissimus, nullam omnino consolacionem de longioris vitæ promissione suscipiens, ea potius sibi & dici & consuli precabatur, quæ horæ hujus extremæ necessitas postulabat. Et quoniam non ¹ imparatus venit in horam hanc, testamentum, quod ante annum fecerat, renovavit. Quædam eciam, quæ fuerant corrigenda, correxit, &, religiosorum consilio, quæ de regni negociis ordinanda videbantur, paucis sermonibus ordinavit. Deinde toto corde conversus ad se, exitum suum Domino sedule commendabat. Et licet omnia membra ægritudinis pondere gravarentur, nichilominus tamen more suo tam ad missas quam ad horas canonicas oratorium ingrediebatur. Sed cum feria sexta morbus ingravesceret, & ei standi simul & incedendi facultatem vis languoris adimeret, ² accersitis clericis virisque religiosis, Dominici corporis sacramentum sibi dari postulavit. Parantibus illis afferre quod jusserat, prohibuit ille, dicens, se ante sacrosanctum altare sacrosancta misteria percepturum. Igitur clericorum ac militum manibus in oratorium deportatus, post missarum Fol. 118. b. solemnia, venerandam sibi crucem, quam nigram ³ vocavit, produci sibi petiit adorandam. Est autem crux illa longitudinem habens palmæ,

1. Inperatus *MS.* 2. Accercitis *MS.* 3. Vocant *MS. Harl.*

de auro purissimo opere mirabili ¹ fabricata, quæ in modum techæ clauditur & aperitur. Cernitur in ea quædam Dominicæ crucis portio, sicut sæpe multorum miraculorum ² argumento probatum est, Salvatoris nostri ymaginem de ebore ³ decentissimo sculptam, & aureis distinctionibus mirabiliter decoratam. Hanc religiosa regina Margareta, hujus regis mater, quæ de semine imperatorum & regum Hungarorum & Anglorum extitit oriunda, allatam in Scotia quasi munus hereditarium transmisit ad filios. Hanc igitur crucem, omni Scotorum genti non minus terribilem quam amabilem, cum rex devotissime adorasset, cum multis lacrimis, peccatorum confessione præmissa, exitum suum coelestium misteriorum perceptione munivit.

De eadem, & ejus unctione, quod de lecto in terram sese deiciens, illud sacramentum cum magna devocione suscepit.

CAPITULUM XLVI.

DEINDE relatus in thalamum, venientibus sacerdotibus, ut sacrae unctionis sacramentum complerent, assurrexit, ut potuit, ac de lectulo in terram sese deiciens, salutare illud officium cum tanta devocione suscepit, ut cle-

1. Fabricato *MS.* 2. Argumentis *MS. Harl.* 3. Decentissime *MS. Harl.*

ricos, paulo festinacius psallentes, manu simul ac sermone comperceret, & singulis verbis ipse intenderet, & singulis oracionibus ipse responderet. Omnibus igitur rite peractis, cum maxima carnis ac mentis quiete diem expectavit extremum, suos diligenter obtestans, quatenus mox ut ipse discederet mortem suam omnibus propalarent. Quanto citius, inquit, mors mea ianotuerit, tanto citius amicorum meorum beneficiis aliquid michi consolacionis pietas divina præstabit. Ita deinceps divinis laudibus intentus, fatiscentes artus spiritui subjugabat, quem tota die illa & Psalmis & oracionibus exitui præparabat. Die vero Sabbati, i. ¹ pridie quam ab hac vita discederet, cum Psalmum centesimum decimum octavum cum magna cordis contricione revolveret, & ad ² decimum sextum hujus Psalmi capitulum psallendi ordine perveniret, alcius ingemiscens, & vim verborum illorum spiritu profundiore concipiens, ³ & idem capitulum sepcies repetivit, intimo affectu proclamans, *Feci iudicium & justiciam, non tradas me calumpniantibus me.* Sensit enim, ni fallor, spiritu docente, quid calumpniatori calcaneo nostro, i. fini arcius ⁴ insistenti, securius responderet, quas iudici preces pro sui defensione porrigeret, & ait, *Feci iudicium &c.* Lenit quippe districti iudicis sententiam, qui contra.

1. Pridie MS. 2. Nonum pro decimum sextum in MS. Harl.
3. Deest & in MS. Harl. 4. Insistente MS.

se judicis fungitur officio. Securusque post mortem divinum expectat judicium, qui ante mortem in veritate facit judicium. Unde cum devocione proclamat, *Feci judicium* &c. Venit ad Salvatorem nostrum calumpniator antiquus, sed in eo, qui peccatum non fecit, nichil suum inveniens, confusus discessit. Quid igitur aget ille, ad quem veniens, aliquid suum, i. peccatum, calumpniator agnoscit? Quid igitur? Clamet certe ad eum, in quo nichil inveniet, & dicat, *Feci judicium* &c. Est quippe judicium cordis, est & judicium oris, & est judicium operis. Fecit corde judicium rex Christianissimus, cum pro delictis suis interius compungeretur. Fecit ore, cum adversum se peccata confiteretur. Fecit & opere, cum voluntaria¹ afflixione puniretur. Fecit igitur judicium se accusando. Fecit justiciam aliorum miseriis miserendo.

Fol. 119.
a.

*De eadem, & quod de pauperibus in² ipsa infirmitatis
vita³ periculo reminiscens, quæsit à clerico suo
secretario, si ipso die consuetam elemosinam erogasset.*

CAPITULUM XLVII.

QUID enim justius, quam ut is, qui sibi postulat misereri, misericordiam præstet egenti? Quam vero miserendo præstandoque pauperibus vir iste profusus, hac ipsa die fatis

1. Sic MSS. 2. F. ipso. 3. Et vitæ pag. 381.

innotuit, in qua cum omnem mundi sollicitudinem, regni curam, filiorum infuper à suo pectore exclusisset ¹ affectum, eam tamen, quam circa pauperes habere consueverat, curam in tanta necessitate non deposuit. Inter psallendum quippe respiciens Nicholaum clericum suum, quem in custodiendis thesauris suis largiendisque elemosinis fidelissimum fuerat expertus, extenso brachio cum eum ita ut lectulo accubabat complexus fuisset, quæsit, utrum elemosina, quam ipse singulis diebus propriis consueverat manibus erogare in Christi pauperes, ea die fuisset expensa? Cumque ille more solito omnia completa dixisset, gratias agens Deo, Psalmum, quem intermiserat, repetivit. Quoniam igitur & iudicium fecit, pro delictis suis semet puniendo, justiciam aliis miserendo, cum fiducia in spe divinæ misericordiæ proclamavit, *feci iudicium & justiciam, non tradas me calumpniantibus me;* & cum huic principio reliqui ipsius capituli versus conveniunt, in hiis nimirum libencius suaviusque morabatur. Cum igitur ad centesimum decimum nonum Psalmum perveniret, in isto quoque nescio quid suave vel salubre persciciens, & ipsum ut priorem sepcies iteravit. Recolens forte quid tribulacionis in peccatorum suorum recordacione fuerat paulo ante ² perpensus, quid consolacionis, cum iudicium justiciamque quam fecerat

1. Effectum *MS.* 2. *F.* perpessus.

mente revolveret, in spe misericordiæ Christi fuerat expertus, cum magna mentis devocione proclamat: *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.* Sed ne iterum hastutus ille calumpniator adversus eum fraudis commenta construeret, addidit quod in eodem Psalmo subjungitur: *Domine, libera animam meam à labiis iniquis & à lingua dolosa. Sed quid dabitur tibi, ó anima Christiana, aut quid apponetur tibi adversus linguam dolosam; quid nisi sagittæ potentis acutiæ cum carbonibus desolatoriis?* Clama ergo: Apprehende, Domine, arma & scutum, & exurge in adjutorium michi.

De eadem, & ejus in psallendo Psalmos continuis oracionibus.

CAPITULUM XLVIII.

Fol. 119.
b.

RETORQUEAT ipse Deus in hostem sagittas acutas, lanceam simul, & clavos quibus in cruce confixus, & quasi sagittis acutis vulneribus quinque confossus, vulnera nostra, quæ quinque sensuum¹ delectacione nobis hostis² infixerat, gratuita bonitate curavit. Quid igitur michi obiciet versuti serpentis lingua dolosa, cum is, qui peccatum non fecit, peccati poenam pro me sustinuit, vulneratus propter iniquitates nostras, attritus propter scelera nostra? Si itaque sagittis acutis, i. fidei, tuæ pas-

1. Dilectacione MS. 2. Inflexerat MS.

fionis,

fionis, Ihesu bone, addantur carbones, i. ignis tuæ dilectionis, & hostis calumpnians cito repellitur, & peccati rubigo plene consumitur. Sæpe deinde alacriori virtute ad superna suspirans, & ob contemplacionem cœlestium hæc terrena fastidians, sequitur & dicit: *Heu! michi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.* Sed & hoc quod sequitur ei satis arbitror convenire: *Cum hiis qui oderunt ¹ me pacem eram pacificus: cum loquebar illis, ² impugnabant me gratis:* qui proditoribus suis tociens pepercit, qui sæpe hiis, qui alios tradicionis suæ convincere duelli certamine spondebant, audienciam denegavit. Nam cum ei familiares dicerent, si dimiseris istos sic, alii contra te simile scelus securius attemptabunt, respondebat, vitam suam non in hominis voluntate, sed in Dei potius consistere potestate. Unde sæpe retribuiebant ei mala pro bonis, & cum ipse eis quæ pacis erant provideret, ipsi eum & gratis debellabant. Quod autem hos versus sepcies repetivit, quem numerum legimus ³ Spiritu Sancto consecratum, manifeste datur intelligi, ipsum Christi spiritum fuisse præsentem, qui ei ipsorum versuum infudit affectum, & animam fatiscentem sua virtute confovit. Cum igitur ab hiis qui aderant rogaretur, ut à labore psallendi spiritum paululum relaxaret, *Sinite me, inquit,*

1. Sic MS. Galeanum. Sed deest me in MS. Harl. 2. Impugnabant MS. 3. Sic.

ea quæ Dei sunt potius meditari, ut spiritus ab hoc exilio profecturus ad patriam verbi Dei viatico recreetur. Cum enim tremendo Dei judicio præsentatus astitero, nullus vestrum respondebit pro me, nullus vestrum me tuebitur, nec est aliquis qui me de manu sua possit eruere. In hac ei devocione dies clauditur, cui sequentem in magna tranquillitate continuavit¹ & noctem.

De eadem, & quod die Dominica IX. Kal. Junii, cum sol tenebras abegisset, ipse, corporales relinquens tenebras, ad veræ lucis gaudia commigravit.

CAPITULUM XLIX.

DIE autem Dominica quæ Christi Ascensionem præcedebat, id est, IX. Kal. Junii, illucescente, cum sol noctis tenebras radiis suæ lucis abigeret, ipse, à corporalibus tenebris emergens, ad veræ lucis gaudia commigravit, cum tanta tranquillitate, ut videretur non obisse, tanta eciam devocione, ut inventus sit utraque manus junctas simul² supra pectus suum versus cœlum erexisse. Subvenite Sancti Dei, occurrite angeli Domini, suscipientes animam, vestro dignam conforcio, & collocate eam in sinu Habrahæ, cum³ Lazaro quem non despexit sed fovit, cum Sanctis apostolis &

1. Ad pro & in *MS. Harl.* 2. Super *MS. Harl.* 3. Lazaro *MS. mar-*

martiribus, quorum memorias extruxit & coluit, cum Christi sacerdotibus & confessoribus, quos in suis successoribus & basilicis veneratus est, cum Sanctis virginibus, quarum pudiciciam imitatus est, cum mundi contemptoribus, quos sibi ¹ Mammona iniquitatis amicos constituit, quibus se pro Christi nomine cum omni humilitate ² substravit: Affit ei illa misericordiae mater, quae quanto est ceteris potencior, tanto fit ei ipsius pietas efficacior. Ego autem, licet peccator & indignus, memor tamen beneficiorum tuorum, dulcissime domine & amice, ³ te michi ab ineunte ⁴ aetate mea impendisti, memor gratiae in qua me nunc ultimo suscepisti, memor benevolentiae qua me in omnibus petitionibus meis exaudisti, memor munificentiae quam michi exhibuisti, memor amplexuum & osculorum in quibus me non sine lacrimis, omnibus qui aderant admirantibus, dimisisti, libo pro te lacrimas meas, resolvo affectum meum & totum refundo spiritum meum. Hoc pro te ⁵ Deo sacrificium offero, hanc beneficiis tuis ⁶ vicissitudinem impendo, &, quia hoc minimum est, ibi mens mea ex intimis medullis tui semper recordabitur, ubi pro omni Salute patri quotidie filius immolatur, qui cum eodem Deo pa-

1. Potius, de Mammona, cum MS. Harl. 2. Prostravit MS. Harl.
 3. Que pro te in MS. Harl. 4. Deest aetate in MS. Galeano. Sed adjecimus è Cod. Harl. 5. Deest Deo in MS. Harl. 6. Vicicitudinem MS.

tre suo & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus
per infinita seculorum secula. Amen.

*De sua genealogia ex parte patris ab eo deducta
usque ad Saphet filium Noie.*

CAPITULUM L.

HUJUS gloriosi regis David genealogiam
ex parte patris, quam à Domino Cardi-
nali ¹ Scociæ nobili doctore Waltero de Ward-
law & episcopo Glasguensi dudum ² acceperam,
hiis videre scriptis puto conveniens, ut vobis,
ô reges moderni, cunctisque pateat legentibus,
de quam veteri, quam nobili, quamque forti
procefferit & invicta stirpe regum, de qua vos
³ itaque processistis, qui præ ceteris regibus al-
tissimo rege benedicto paucis duntaxat, si qui
sint, exceptis, regiam dignitatem tempore diu-
cius, servitute liberius, &, quod gloriosius est,
fide catholica tenacius incontaminatam hacte-
nus observabant. Erat enim benedictus ipse
rex David filius Malcolmi nobilissimi Scotorum
regis, viri beatæ reginæ Margaretæ, filii Dun-
cani, filii Beatricis, filiæ Malcolmi, victoriosis-
simi filii Kenethi, filii Malcolmi, filii Donenaldi,
filii Constantini, filii Kenethi primi monarchæ,
à quo quidem linea regalis, ut patet octavo
capitulo libri quarti, deducitur usque regem

1. Scociæ & legato nobili *MS. Harl.* 2. Acciperam *MS.* 3. Ita
pro itaque in *MS. Harl.*

strenuissimum Fergusium filium Erth, qui regnum, per Romanos & Pictos invasum, & annis XLIII. detentum ab eis nobiliter eripuit. Et ille quidem Erth fuit filius Euchadii, fratris Eugeni regis à Romanis & Pictis occisi, filii Angusafith, filii Fechemech, filii Angusa, filii Fechemech Romach, filii Fencermach, filii Crucluith, filii Findach, filii Akirkirre, filii Echadii, filii Fechrach, filii Euchodii Reid, filii Conere, filii Mogal, filii Lugtach, filii Corbre, filii Dardremore, filia Corbrefynmore, filii Coneremore, filii Atherskeol, filii Ewyn, filii Ellela, filii ¹ Paire, filii Detach, filii Syn, filii Rosyn, filii Ther, filii Rether, filii Rwen, filii Aryndil, filii ² Manee, filii Fergusii, qui Scotos ex Hibernia ducens primus super eos regnavit in Scotia Britannica. Cujus lineae regalis series extenditur, ut in libri primi xxvi. capitulo superius patet, usque Symonem Brek, qui thronum ³ regale lapideum secum ex Hispania transfudit Hiberniam. Iste Symon Brek filius fuit Fonduf, filii Etheon, filii Glathus, filii Nothachus, filii Elchatha, filii Syrne, filii Deyne, filii Demal, filii ⁴ Rothacha. Hic primus inhabitavit insulas Scotiae. Ipse fuit filius Ogmayn, filii Anegus, filii Frathath, ⁵ filii Smyrnaye, f. Synretha, f. Embatha, f. Thyerna, filii ⁶ Falenge, f. Etheor, filii Jair, f. ⁷ Ermon, f. Mycelii Ef-

Fol. 120.
b.

1. Jair *MS. Harl.* 2. Manre *MS. Harl.* 3. Sic *MSS.* 4. Rothfaitha *MS. Harl.* 5. Filius *MS.* 6. Faleg *MS. Harl.* 7. Fermone *MS. Harl.*

payn,

payn, f. Bile, f. ¹ Reande, f. Bregayn, f. Bra-
tha, f. Deatha, f. ² Ercatha, filii Aldhoch, f.
Noid, f. ³ Noael, filii Iber Scot, f. regis Gay-
thelos & Scotæ, primi regis & reginæ gentis
Scotorum. Unde quidam, †

Versus.

Illis Iber genitus primus cognomine Scotus.

Iste Gaythelos fuit filius Neolos regis Athenarum, f. Fenyas, f. Ewan, f. Glonyn, f. Lamy, f. ⁴ Cheor, f. Achneman, f. Choe, f. ⁵ Boik, f. Reyn, f. Mair, f. Hethech, f. Abyur, f. Arthech, f. Aorth, f. Jara, f. Efrac, filii ⁶ Frichaith, f. Scot, f. Gomor, f. Japhet, f. Noë.

De prologo in genealogia sua ex parte matris.

CAPITULUM LI.

Baldredus.

BALDREDUS. Quoniam de optimis moribus religiosi regis Scotorum David pauca quædam lamentando descripsimus, dignum duxi, genealogiam ejus ex parte matris breviter veraciterque subtexere, ut, cum videritis in quo vobis & sui successores quanta fuit antecessorum vestrorum ejusdem lineæ probitas, qualis in eis virtus enituerit, qualis splenduerit pietas, agnoscatis eciam, quam naturale vobis sit habundare divitiis, florere virtutibus, victoriis illustrari, & quod hiis omnibus præstat, religione

1. Neande *MS. Harl.* 2. Erthata *MS. Harl.* 3. Novael *MS. Harl.* 4. Echeor *MS. Harl.* 5. Boib *MS. Harl.* 6. Rythaich *MS. Harl.*

Christiana & justiciæ prærogativa fulgere. Est enim ad optimos mores optinendos maximum incentivum, scire se ab optimis quibusque nobilitatem meruisse sanguinis, cum ingenuum animum semper pudeat, in gloriosa progenie inveniri degenerem, & contra sit naturam de bona radice fructus malos pululare. Sicut in verissimis & antiquissimis historiis vel cronicis Fol. 121. a. reperire potui, ab ipso rege David ¹ viro clarissimo exordium sumens, & per gloriosissimam matrem suam, cum de patris genealogia scribatur superius, ascendens breviter ad ipsum Adam, cunctorum patrem mortalium, lineam nostræ cognacionis Anglicæ vobis ostendam, ut postmodum omiſſis antiquissimis, quorum historias vetustas ipsa delevit, per excellenciores Angliæ reges eorum sublimiora gesta summam tangendo redeamus. Ut cum videritis, ² tantum eorum gloriam morte ac vetustate perisse, eosque pro vitæ meritis cœleste præmium, quod perire non poterit, meruisse, dicatis semper divitiis gloriæque mundiali præferre justiciam, ut post vitam temporalem perveniatis ad æternam.

1. Virorum *MS. Harl.* 2. *Potius, tantam, cum MS. Harl.*

ca
n
er
no
o-
lis
as,
ta-
il-
me
-
ms
aka
ti-

*De eadem genealogia ex parte matris, secundum
Baldredum, deducta usque ad Sem, filium Noë,
& ab eo usque Seth, filium Adæ, patris omnium.*

CAPITULUM LII.

IDEM igitur excellentissimus rex David filius fuit gloriosæ reginæ Scotorum Margaretæ, quæ nominis sui splendorem morum sanctitate præferebat. Hujus pater Edwardus, qui fuit filius Edmundi Irneside regis invictissimi. Cujus pater Ethelredus, cujus pater Edgarus pacificus, cujus pater Edmundus, cujus pater Edwardus senior, cujus pater nobilis Alfredus, qui fuit filius Ethelwolfi regis, qui filius fuit regis Egbrithy, cujus pater Alchmundus, cujus pater¹ Eaffri, cujus pater Aoppa, cujus pater Ingels, cujus frater famosissimus rex Ine nomine, quorum pater Ceonred, qui fuit filius Ceowald, qui fuit Cutha, qui fuit Cuthwin, qui fuit Ceaulin, qui fuit² Churik, qui fuit Creodda, qui Ceordak. Iste, transactis XLVI. annis post primum adventum Saxonum in Britannia, regnum in Westsex optinuit, cujus successores processu temporis Anglorum cetera regna conquæsierunt. Ceordik fuit filius³ Elefa, qui fuit Eda, qui fuit Gewise, cujus pater Wige, cujus pater Frewine, cujus pater Freodegare, cujus pater

1. Eaffa, cujus pater Aeppa, *MS. Harl.* 2. Cynrik *MS. Harl.*
3. Elafa *MS. Harl.*

Brand, cujus pater Baldege, cujus pater Woden, apud quosdam vero Mercurius dictus est. Hic tantæ fuit auctoritatis apud suos, ut quartam feriam suo nomini dedicantes, diem **Woden** vocabant, quæ consuetudo per Anglos etiam hodie fervatur, vocant enim eundem diem **Wodenisday**. Gentiles vero Romani ipsum *diem Mercurii* appellabant. Ista vero Baldredi genealogia ab ea, quam WILLELMUS suis inscripsit cronicis, quodammodo, sed parum discrepat. Ideo cum hæc scripta superius ad propositum sufficere poterint, ulterius eam prosequi prætermitto. Nam istius generationis nullos præter istorum¹ legebam libros, si vero tertium vidissem, concordantes binos omissis discrepante sequi finaliter voluissem.

Explicit Liber quintus &c.

1. Legalem MS. Sed legebam in MS. Harl.







